Biblioteka
Ojców Kamedułów
w Bieniszewie

G

CO

TEN

QUE

GI

IN E

R.P.

SA

In

A

# GEMITUS COMPEDITORUM;

SIVE

TENTATIONES, QUÆ FREQUENTIUS ADORIUNTUR RELIGIOSOS, ET A PERFECTIONE IMPEDIUNT.

IN EORUMDEMMET PERSONA GEmebunde propoſitæ & diſcuſſæ.

A

R.P.F. NICOLAO KESSLER SAC. ORD. CARTUSIANI Profeſſo.

Editio Tertia.

*Introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum* Pſal. 68.



COLONIÆ,
Apud HERMANNUM DEMEN
ſub ſigno Monocerotis.

Anno M.DC.LXXVII.

Bien. A. II. 1

# AD
## ALMAM DEI MATREM VIRGINEM
# MARIAM
## AFFLICTORUM SO-

latricem, Errantium Dire-ctricem, Nutantium Fultricem, Vacillantium Confirmatricem, Cæco-rum Illuminatricem, Spe deſtitutorum Conſolatricem, Laborantium Refocilla-tricem, & omnium denique ad ſe Confu-gientium & Gementium Filiorum Adæ Præſidium, Solatium, Patronam fideliſſimam.

*Anima gemens & flens in hac lacryma-rum Valle ſuſpirat.*

INTROEAT in c onſpectu tuo Gemitus Compeditorum; *Vide Domina afflictionem tuorum, aſpice Mater in lacrymas, quas fund mus, in gemitus, quos edimus, in te reſpiciunt oculi Gementium Filiorum Adæ: audi obſecro, & exaudi Pupillorum ejulatus, produc ubera, aperi ſinum, porrige mammam, quoniam langueſcimus, deficimus, & aporiamur, non te vin-*

cat Rumina (ut fabulantium more & ore loquar) quæ gementi nato mammam porrigit, non Eduſa, quæ eſcam ingerit, non denique celebris illa Romanorum filia, quæ Patrem in carcerem truſum, & inedia mori juſſum, ſuiſmet uberibus lactabat, & lactando in vivis conſervabat aliquanto tempore: Quid? audaciam excuſet filialis, & fiducialis in te ô Mater affectus, ſi filiæ hominum proles ſuas, quas morti generant, tanto enutriunt impendio, ut ſanguine ſuo in lac eliquato, potent, quoties his ſugere libet, tu te vincere ſines, filiorum amantiſſima, abſit à nobis hæc blaſphemia, abſit, inquam, ut credamus hoc, aut dicamus unquam, quin potiùs ad Matris gremium advolemus ad Matrem & Dominam noſtram, cui non deeſt, vel in juvando potentia, vel in volunntate propenſio & propenſa voluntas: Illudant licèt illuſione digniſſimi Athei, vel Heterodoxi ſorti tuæ & funiculo hæreditatis tuæ exprobrantes & dicentes. videamus, ſi liberet eos de anguſtiis; Mariam invocant maris ſtellam, ſi luceat illis: Nos cognovimus, quoniam non deſeris in finem ſperantes in tuo Patrocinio, ſuſcipe ergo Clientum vota, admitte nos in ſinum tuum ſuaviſſimum, ut in eo quieſcamus, & ſatiemur ab uberibus conſolationis tuæ, hîc in valle lacrymarum, quouſque manna tecum fruamur in cœlis, ubi fugit omnis dolor & Gemitus,

Amen.

PRÆ-

# PRÆFATIO
## AD
## LECTOREM.

AMICE LECTOR: Amicum te compello, quia benevolum ſpero æquiboniſque interpretem. Reperies in decurſu annexum quandóq; certis Gemitibus Parergon ad Superiores, ubi ne offendas, & dicas non ultra crepidam; tuum non eſt Prælatos, & eos, qui altioris te ſunt conditionis, arguere, vel inſtruere. Id velim ſcias, me Superiores frequenter non tam Prælatos, id eſt, Ordinarios, & ordinaria poteſtate præditos, quàm delegatos, Vicarios, Priores, vel Subpriores &c. quocunque denique inſigniantur nomine, intelligere, quos tantò una mecum adhortor confidentiùs, quantò ipſi his & ſimilibus Gemitibus anguſtiantur frequentiùs, concutiuntur validiùs à ventis & turbinibus calumniarum, detractionum, ſuſurrationum, poſiti quippe cùm ſint ad ſignum, quibus contradicitur, vel, ut alii eos nominant,

Cloăcæ cùm ſint Conventualium, utpote ad quos univerſarum confluunt fæces tentationum, deponuntur ſarcinæ quærelarum, alliduntur eheu nimiùm contradictionum, contentionum, averſionum fluctus atque procellæ, non poſſunt non iſta pati & experiri. De his præmonitum te volui, ne quaſi te momum in corde reprehendas. De cætero, ſi quæ ſunt, quæ tibi videbuntur exotica, aut à Religionibus, & Religioſis perſonis aliena, Deo gratiarum actiones repende, quia fortunatiori vento navigâſti, & time. Miraberis fortaſſis, qui auſim ego generaliter de univerſis Religioſis ſcribere, & unde haurire potuerim (tacitè interrogabis) interiora eorum, id crede, quia frequenter fides non ex auditu tantùm, ſed notitia à viſu hauſta, actus enim hominis indicant, quid ſit in homine. Vale.

APPRO-

# APPROBATIO.

UT Tractatus (*Gemitus Compeditorum* nominatus, à R. P. Nicolao Keſsler, Sacri Carthuſianorum Ordinis Profeſſo conſcriptus, à Theologis lectus & cenſus) in lucem prodire poſſit, utpote nec Fidei Catholicæ, nec bonis moribus adverſum quid continens, horum tenore concedimus. Auguſtæ. 29. Septemb. 1673.

CASPAR EPISCOPUS
*Adramytenus Vic. Gener.*

# CENSURA

PRæſens liber, Gemitus Compeditorum indigetatus, nec fidei Orthodoxæ, nec moribus repugnat, quin dignus, qui in lucem prodeat, & deſiderata Approbatione gaudeat. Auguſtæ, die 17. Septemb. Anno 1673.

Pœnitentiarius.

IN-

# INDEX

I GEMITUS. *Ingemiſcit Religioſus, quia perdidit devotionis dulcedinem.* Fol. 1.

II *Gemitus. Ingemiſcit Religioſus ſibi ſoli intendere juſſus, qui tamen zelo & charitate proximi (ut ipſe credit) ardens catechizare, concionari, &c. mallet.* 16

III *Gemitus. Ingemiſcit, quòd tribulationibus fortiter concutiatur.* 34

IV *Gemitus. Ingemiſcit anima vexata & fatigata impugnationibus contra fidem orthodoxam.* 49

V *Gemitus. Ingemiſcit anima infeſtata impatienti murmure, & blaſphemis in Deum & Sanctos cogitationibus.* 65

VI *Gemitus. Ingemiſcit ob nimias, quas patitur in oratione diſtractiones* 76

VII *Gemitus. Quòd impuris ſtimulis agitetur.* 91

VIII *Gemitus. Ingemiſcit, quòd Melancholia vexetur.* 105

IX *Gemitus. Ingemiſcit, quòd nimis grave ſibi videtur confratres, vel confratrem videre moribus tam contrarium & naturæ inconvenientem.* 221

X. *Ge-*

X. Gemitus. Ingemiſcit, quòd ad officium quod ſperabat, non ſit aſſumptus; Quod ex tali affectu, ubi ſpe excidunt, mala procedant, maximè in cœtibus Religioſorū. 239
XI Gemitus ſeu continuatio de eadem materia. 267
XII Gemitus. Grave ſibi judicat, quòd amorem filialem erga Superiorem perdiderit. 296
XIII Gemitus. Ingemiſcit, quòd inter falſos fratres vivat. 320
XIV Gemitus. Ingemiſcit, quòd ſcrupulis agitetur. 341
XV Gemitus. Durum ſibi videtur vivere cum confratribus imperfectis, indiſciplinatis & malè moratis. 363
XVI Gemitus. Ingemiſcit, quòd gratiâ amiſsâ, favore, & opinione diſgratiam incurrerit apud Superiorem ſeu Prælatum. 378
XVII Gemitus. Ingemiſcit & conqueritur de eo, quòd invidos ſibi ſentiat ſuos confratres, & ex invidia deferatur apud Superiores. 391
XVIII Gemitus, ſive continuatio, gemit quòd

*quòd prematur ſub onere, ſub jugo Superioris, invidiam, averſionem & vindictam erga ſe exercentis.* 312

XIX Gemitus. *Indignatur Gemebundus, quòd zeloſus eſſe (ſic ipſe ſe nuncupat) prohibeatur.* 327

XX Gemitus. *Queritur, graviterque fert, quòd adeò humilietur.* 438

XXI Gemitus. *Queritur & ſiniſtrè ſecum agi credit, eò quòd negantur libri ſpirituales, & aliæ mortificationes corporales interdicantur.* 455

# COMPEDITORUM
## GEMITUS I.

*Ingemiſcit Religioſus, quia perdidit devotionis dulcedinem.*

O mea ſpes Numen quo non præſentius ægris,
Sic potis es noſtri, non memor eſſe mali?

*Introeat in conſpectu tuo Gemitus Compeditorum.*

O Domine, ô Bonitas! cupiditas me incendit querendi coràm te, ſed amorosè, ſed cum filiali fiducia, ſuper modo, quo tractas me, tanquàm ſi me penitùs dereliquiſſes. Quid enim? non conquerar, non illachrimer, quia mutatus es mihi in crudelem? qui priùs liquefiebas in corde, dum lingua te protulit ore: ſed quî factum modò, ut abactus & rejectus à te totus ſim, tanquàm infans ablactatus à Matre ſua? recordor Domine dulcedinis illius, quando ad ſolam tui recordationem, aut melliflui JEſu nomen, fluebant ex oculis

 lachry-

lachrymæ præ amoris teneritudine. S
heu millies nunc repeto, millies ingen
no nec ſtilla cadit, obduratum eſt cor m
intrinſecus, & factus ſum quaſi lapis. O
reminiſcor illius temporis, quando di
tabatur cor meum eructando dulciſ
mum Nomen tuum, quàm crucior, qu
anhelo, quàm ſitit anima mea ad te Deu
fontem vivum, ſed eheu nunc tædet a
mam vitæ meæ præ nimia cordis ama
tudine, mens dejicitur, dormitatque p
tædio, quia ſubtraxiſti te mihi Domi
recordor amodò in die malorum, dieru
bonorum ſed in amaritudine animæ me
hæc omnia cùm venerint ſuper me, a
non conquerar Domine? an non ing
miſcam coràm te Deo meo, qui modò ſ
oblitus es mei? dereliquiſti me Domin
& derelictus ſum; replêſti me amaritu
dine, & inebriâſti me abſynthio; averti
faciem tuam à me, & ideò factus ſu
conturbatus; memor ſum dierum an
quorũ, quando mel & lac ſub lingua m
& exultabunt labia mea, cum cantab
ti

ſibi; quia ſuper mel dulcis eras ori meo, ſed nunc quid dicam! ah in ventum loquitur, ſurdo canit, qui de te loquitur Domine, quia factus ſum ſicut homo non audiens, & cujus obduratus eſt oculus, & mens excœcata, ſuccus periit, nec eſt amplius devotio, factus ſum inſenſibilis, & velut mortuus, & quò ibo? quid dicam? deſipit oratio, meditatio eſt faſtidio & non illachrimabor, non ingemiſcam, non conquerar Domine? an tibi fortaſsè priùs devotior, & à paſſionibus liberior? tu ſcis Domine, quia plenus eram paſſionibus, & velut torrens inundans: offendentem me exacerbabam, injurianti mihi graviora rependebam, & tamen replebar admirabili tuâ dulcedine, quæ verè mihi erat ſuper aurum & topazion, & dulcis ſuper mel & favum, non me delectabat cibus corporis dum tuam dulciſſime JESU ſenſeram ſuavitatem, & dulcedinem; nunc verò cum tribulor, cùm crucior, & patior, tibiq; me totum offero, & cum lachrymis te, tuumque favorem re-

quiro,nec deſit ad implendum benepl
ſum tuum voluntas , immutas vult
tuum, avertis dulciſſimam illam faci
tuam à me,ut non videam te ; & eheu
ſuper operiunt me tenebræ, & caligo
ctium,non ariditatis ſolùm, ſed & m
tentationũ ferè importabilium, & quo
que iſta ? nonne aliquando reſpicies m
rum,& intueberis opprobrium meum,
dicans cauſam meam ? perire ne me v
fiat tua ô JESU voluntas : ſed id habe
audi, tibi pereo,ſi pereo,tuus enim ſum
go. Interea tamen ad te ſicut pullus
rundinis, ſic clamabo indeſinenter, ſi
ſpicis,ſi abjicis,facturam tuam abjicis.

## Reſponſio Chriſti.

FIli multò felicior fores, ſi abſente me,
deficiente devotionis dulcedine, m
offerres holocauſta gratuita, & ſacrifi
laudis, neſcis ſanè, quid expediat tib
mercenariorum more agis mecum : m
cenarii enim ideò ſerviunt, ut mercede
accipiant; ita tu, quia te non ſtatim af

præmio pro labore cernis, in tœdium vertitur tua oratio; verumtamen filiorum nos alius eſt, qui ideò ſerviunt, ideo agunt, quod agendum, orant quod orandum, ut Patri placeant, non ut à Domino mercedem accipiant; nec mireris, me tecum, eò, quo dicis modo meliori, ut putas, anteà proceſſiſſe, non id ſine cauſa factum, ſed ut te allicerem, & adducerem ad ſupportandum ſuave jugum, & ut faciliùs, ac majori cum jucunditate curreres viam mandatorum meorum, lacte enim opus habebas, quia necdum ſciebas hæreditatem ſervorum Domini, & agendi modum, quo procedat cum filiis, amodò verò ſolidum te cibum ſumere cupio; & tu è contra imitaris milites noviter conſcriptos, qui quoaduſque durat ſtipendium illud quod quaſi gratuitò, & ad alliciendum iis datur, plenè & planè hilares ſunt, gaudentque, ſe nomen dediſſe militiæ, verùm ubi propriis coguntur militare ſtipendiis, pœnitere incipiunt de eo, quod nomen dederunt militiæ: Haud aliter agis

tu, ſed te ego interrogo, quid ſi durat
illa memorata, & ad alliciendum data pe
cunia ſemper; de qua epulari, lætari,
tripudiare poſſent, quos hoſtium illi pro
ſternerent, quas victoriarum palmas re
portarent? quas urbes oppugnarent? ſa
nè nullas, imò ad arma tractanda inep
redderentur. Ne itaque mireris fili, qu
ab initio, quando nomen dediſti militia
ut meo ſub vexillo pugnares, contra mun
dum, carnem, & ſanguinem dulcius te
cum agebatur, ſic enim fieri oportebat
ne ollas carnium præferres mannæ cœ
leſti, nunc verò cùm robuſtior factus e
& cognoviſti, quis ſit Dominus, & qu
ad cœlum via, minimè expedit tbi, d
lectari, & recreari his ſenſualibus ſuavita
tibus.]

## *Obſervatio ad prædicta.*

UTi hodie dum pauci reperiuntur ho-
mines verè perfecti & ſancti, ita pau-
cis contingit, ut ob majorem perfe-
ctionem, & meritorum cumulum adima-
tur

r devotio iſta, de qua loquimur : adeo-
ue non eſt, cur ſe quiſquam palpet, aut
landiatur ſibi tanquam cum Sanctis
ris & fœminis à DEO exerceatur pari
x cauſa, par equidem pœna eſt, ſed lon-
è diſpar eſt cauſa; imò ordinariè jam ob
piritûs tepiditatem, vitæ negligentiam,
& ad exteriora converſionem, perit de-
otionis gratia,nec eſt quòd quis objiciat,
itio ſe pluribus paſſionibus fuiſſe ſub-
itum,ubi tamen Deus contulit eam gra-
iam, quâ modò caret, patet enim vel ex
oc clarè, quod plus noceat, plus ipſi diſ-
pliceat vita curioſa, & vana, quàm paſ-
ionibus implicita,& inquinata, maximè,
i quis adhuc renitatur fortiter: quiſque ſe
diſcutiat, qui hanc dulcedinem guſtavit
in Converſionis initio, qualis tunc fuerit,
quàm ſimpliciter obediens, quàm alienus
à ſuſpicionibus, dumq; Deo fuerat inten-
tus,& obedientiæ regulis, eam obtinuit
gratiam. Quis verò ſit modò, conſide-
ret, curioſa ſolùm delectant,libri non qui
ſpiritum compunctionis, ſed qui ſtylum

Oratorium & Ciceronianum, aut qui hiſtorias tradunt, vel conſcientiæ caſus nihil ad ſe pertinentes, aut non eo loco tempore, & modo ad legendum conceſſa leguntur, in converſatione totus effuſus & quid mirum, ſi non remaneat ſuccus devotionis? Cùm Deus his expellatur, talis namque, qui ſine continua reflexione ad interna, ad iſta externa ſe effundit *Cum ſpiritum habeat in naribus*, fieri nequit, ut Spiritum ſanctum poſſideat in corde, in ſolitudine namque ſponſus loquitur ad cor ſponſæ. Deinde quis obſecro, tuus mi frater, in loquendo, & agendo modus, ratio, quæ intentio? an ut DEO placeas? vel ut appareas? vide, quid reſpondeas, rem acu tangam, ut habearis ſcientificus, multumque in ſpiritualibus expertus, quaſi neſcio, quid ſuavitatis, vel neſcio, quem exceſſum experiaris in tuis meditationibus, quas fortè non raró pro contemplationibus vendere non erubeſcis: recepiſti frater, recepiſti mercedem tuam, nec mereris à Deo prœmiari, gratiâ, conſo-

conſolatione, & dulcedine devotionis, quamdiu paſceris iſtis, ſuper pauperem enim, & humilem reſpicit Dominus; ita, ita, ſi eſſes quaſi in multis neſcius, contemptor tui ipſius, ac profundam ſectareris humilitatem, & filias ejus ſilentium, & ſolitudinem, fortè Dominus viſitaret te, quia tunc te domi reperiret, qui modò fruſtra pulſat, dum tu foris ambulas per loca arida, & inaquoſa. Patet ergò, quam diſpar ſit cauſa, quod tu in eadem ſis pœna cum ſanctis Dei viris. Hi quoad altiorem venerunt perfectionem, eò magis hâc cordis ariditate exercebantur; ſed & (quod accuratè notandum, & ſolerter obſervandum) ſeipſis perfectiores emerſerunt, non item tu, qui tepore & negligentiâ penitùs abigis Spiritum ſanctum. Pudeat ergò vel in minimo gradu, nullove modo æqualem ariditatis & defectûs iſtius cauſam cum his Sanctis conferre; abſit hæc à nobis præſumptio, & impudentia gravis nimis. Et ſanè ſolent tales nonnunquam ſat impudenter &

imprudenter confundere alios, qui cum dulcedine quadam & mentis jucunditate orant, tanquã minus perfectos, & qui ſenſuali devotione ſe paſcant, cum ipſi imperfectiſſimi non attendant ſe obicem ponere huic gratiæ divinæ. Audiant, qui tales ſunt, S. Franciſcum in Regula ſua, ubi monet Fratres, ne ſinant extingui per otioſitatem (vanitatem & ad externa effuſionem) ſpiritum devotionis, cui debent cætera temporalia deſervire. Eſt enim ſpiritus devotionis impulſus quidam Religioſus, & ſuavis ad colendum Deum maximè per actus eum immediatè reſpicientes & honorantes. Difficulter profectò quis poterit in virtutũ exercitio perdurare, qui devotione tanquàm confirmativâ unctione caruerit, inquit ille. Recogitent hi potiùs, quod S. Gregorius contra tales loquitur, qui inſenſibilitatem ſuam in interioribus, adſcribunt Divinæ probationi, vel (quod pejus eſt, & magnæ cœcitatis indicium) majoris perfectionis ſigno, quaſi à lacte abſtracti ſolidus eos cibus erudiat ut

gran-

grandiores: verba ſunt Doctoris: *Per contemplationem rimari cœleſtia volumus, qui non ſolùm cordis, ſed etiam corporis cuſtodiam non habemus. Et quidè ſæpe indecentia aſpicimus, otioſa audimus, ſuperflua loquimur, ſomnum, cibum, non ad refectionē corporis habemus, ſed ad uſum delectationis. Itaque dum diſcutere ambigua volumus, ſuperna conſpicere, tenebras noſtras deſerere; internæ dulcedinis ſaporem guſtare, ab illius ſecreto tantò digniùs repellimur, quantò munitionis noſtræ fortitudinis negligentiùs diſſipamus; tamque nobis tantò eſt aſcendere difficiliùs, quantò ad nos ipſos relapſi, altitudinè cuſtodiæ non curavimus cordis munitiones* Negare tamen non auſim quin probationis causâ fiat, quandoq;, prout invenerit ſubjectum, aut exſtimulat, aut marceſcere facit, ſi hoc; ſignum evidens erit, vitium eſſe in homine, & tepiditatem magnam, ſi illud, ſi inquam exſtimulat, & ad altiora propellit, ſignum erit optimū bonæ mentis, hi non paveant ad ſublationem devotionis, vel ut congruentiùs loquar, dulce-

dinis ex oratione hauſtæ, eſt Deus in Cœlo, cui deſerviunt, quem ſi amant unicè, faciet cum tentatione proventum. D. Bonaventura *de proceſſu Religionis*, quinque adfert puncta hujus ſterilitatis, & ſubtractæ devotionis cauſas. *Prima*, inquit, *eſt humiliationis. 2. Purgationis, quia minus purgatus fuit, fuit minùs ſtudioſus in devotione quærenda, vel minus gratus in accepta. 3. Eruditionis, ut intelligat, non à ſe, ſuiſque meritis, ſed Dei gratia, & liberalitate pendere. 4. Ex indiſcreto impetu & conatu, quo quaſi libertas mentis obruitur, & devotio, veluti per violentam extorſionem exprimendo quæritur. 5. ratio: meritum majoris gratiæ, & gloriæ, dum deſiderium non impletum affligendo purgat animam, & patientia deſolationis, & humilis ſufficientia mœroris, quaſi lima reddit animā clariorem, & magis ſuſceptibilem Divini ſplendoris.* Ita ille. Quiſque tamen diſcutiat ſe, & indaget veram originem, & ſiquidem ex capitis debilitate legatur gemitus 6.

## *Reformatio per propoſita.*

Ela Domine, quia mea culpa accidit, ut te tuumque favorem amiſerim, ecce paratum rurſus cor meum te recipere & requirere devotionem & dulcedinem, quam ſubtraxiſti miſero, non quidem propter illam, ſed, ut cum illa te pariter acquiram. Erravi ſicut ovis quæ periit, ſed non ultrà, non ultrà ibo poſt concupiſcentias meas, & vanitates, require ſervum tuum, ſuſcipe, aſpira votis, mutabor enim in virum alterum, ſi tua me gratia viſitaveris. Reſpice me, ſuſcipe me ſervum tuum poſtliminiò revertentem ad te Dominum meum, ſuſcipe filium, ſed degenerem, qui bona ſua diſſipavit cum helluonibus & meretricibus, ſuſcipe ſponſam, quæ facta eſt adultera, quia abiit poſt virum alterum; ſuſcipe infidelem, qui deſerens te, immolare cœpi voluntati propriæ, en! agnoſco, ſed reſipiſco, agnoſco me ingratum, quia abuſus ſum tuâ bonitate, agnoſco me non filiũ, quia Patris vocem non audivi, creaturas tibi

prætuli, vanis nugis, cibo, potu, fabulis magis quàm tuis laudibus delectabar per ſingulos dies: ſed Domine, qui non vis perire quemquam, qui reducis velut ovem peccantem animam & tuam inclamantem opem, audi balatum oviculæ balantis, reduc ſitientem animam in cellam vinariam ut inebrier amoris poculis. En vota clientis & pupilli, quæ hodie ſtatuo ac propono.

1. In colloquiis, ſpaciamentis, aliiſque recreationibus, cor nunquam evacuabo multiloquio, maximè verborum præcipitantiâ, quin non continuò ad interius cordis habitaculum mentem reducam, tecumque loquar, te conſulam, te invocem, ut concedas per verba non abripi, non adulterari intentionem bonam, verba etiam diſcutiam, an tibi placeant.

2. Cibo & potu nunquam ita replebor, unde fiam ad orandum indiſpoſitus, & hebes.

3. Cogitationibus vanis, & inutilibus maximè ſuſpicioſis, iracundis, &c. nunquam

quam inhærebo ſpontè, nec ſinam me divelli à te, ſed dum incidunt, ad te cor levabo pro auxilio, & conſilio.

4. Propriam exiſtimationem omnino declinabo ſemper reflectens me ad peccata, quibus te Deum meum offendi.

5. In loquendo nullum offendam exacerbando, vel indebitè meam ſententiam defendendo, unde cordis perdo quietem & tranquillitatem.

6. Dum ero ſolus, frequenter in genua provolvar, ac ſtillicidium gratiæ, & devotionis à te ac matre tua, & mea, & Sanctis, petam interdiu ſemper, ſimiliter ſemper aliquid orabo.

7. Ubi ſolus ero ſemper id agam dum oro, aut decuſſatis ſuprà pectus brachiis, vel elevatis manibus, ſaltem in iis, quæ liberâ devotione oravero.

8. Ad ſummam mei vilipenſionem conabor.

9. Senſus meos, maximè oculos cautè cuſtodiam, ne mors intret per feneſtras, itaque tu Deus meus exeas à me.

10. Fre-

10. Frequenter etiam aliquid legam attentè, de inferno, & extremo judicio, qualis ibi ratio exigitur de verbis & vanis cogitationibus.

## GEMITUS II.

*Ingemiſcit Religioſus, ſibi ſoli intendere juſſus, qui tamen zelo & charitate proximi (ut ipſi credit) ardens catechizare, concionari &c. mallet.*

AH Domine! quid agere volebas, ad hunc me vocando locum & ſtatum, ubi neglecto proximo vivam, qui tam ſeverè comminaris ſervo abſcondenti talentũ ſuũ? Ecce mihi talenta non deſunt, quæ in proximi utilitatẽ valeam impendere, ſcientiam præ aliis etiam concionatoribus me habere nôſti. nec deeſt diſcretionis ſpiritus, & prudentia ad excipiendas Confeſſiones, reducendique peccatores ad viam veritatis. Nonne meliùs actum de me fuiſſet, majorque tibi gloria obveniſſet, ſi ad alium me ſtatum traxiſſes, ubi talentum cum lucro reportaſſem, & fructu multarum animarum amodò

me torquent, & cruciant tot Evangelicæ ſententiæ timore plenæ, utpote, quòd lucerna non abſcondenda ſub modio, ſed ſuper candelabrum ponenda. Et ſcientia abſcondita, Theſaurus in viſus, quæ utilitas in utriſque? Ah ſi ii, qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in firmamento in perpetuas æternitates? de me quid fiet, qui hîc ſedeo deſes & piger, qui vel unius author ſum ſalutis? reminiſcor zelum Pauli, qui anathema cupiebat eſſe pro ſalute Fratrum, & confundor; S. Xaverii ardorem, dum conſidero pariter contabeſco, credit India Chriſto, China conſtans tot millionibus hominum redit ad fidem orthodoxam prædicantibus Viris Apoſtolicis; ego inutilis & iners in clauſtro, in cella hæreo, tanquam qui fruges conſumere natus, nec ad me pertineret ſalus aliorum, ſi nullum Omnipotenti Deo tale ſacrificium (teſte D. Gregorio Hom. 12. in Ezech.) quale eſt zelus animarum, ut quid modò prohibeor.

Reſpon-

## Reſponſio Chriſti.

FIli non te decipiant Exempla virorum zelo fulgentium, longè nimis ab eorum diſtas vita & moribus, gravis hic error, & multorum fuit, eòque major, quo ſub pietatis prætextu fallit inſequentem, ducitque Religioſum boni ſpecie ad inobedientiam, impatientiam, & murmur execrandum, dum exequi nititur, quæ inſtitutuni non ſunt vel non vocatur, ~~ut~~ ~~Aaron~~, munus ſibi aſſumens, quo & indignus ineptus & inutilis eſt; neque enim ſemper bona, eſtò bona ſint, ideo quia bona ſunt, amplectenda ſunt. Attende D. Bernardum dicentem, quòd nullus ſalutem proximi debet quærere in ſalutis propriæ detrimentum. Noli nimis juſtus eſſe, ſufficit tibi, ſi diligis proximum tuum ſicut teipſum. Conſiderandus eſt finis, ad quem vocatus es, à quo aberrâſſe, ab omnibus aberrâſſe eſt, finis tuus ſaltem intermedius obedientia eſt, finis tuus humilitas eſt, quem teipſum facis?

Ego triginta tribus annis me paravi ad tale opus, ad quod tamen miſſus eram ipſa ſapientia, tu te intrudere audebis ad opus ad quod non mitteris ? Gravis ſanè error, & ab ambitione procedens, lapſuique viciniſſimus, Expediret tibi multò magis ad omnia ineptum te credere, latere velle, & infirmum agnoſcere, ut fortis exiſtas, quàm ut fortis videri velis ut infirmus emergas; in præcipitiū pedē porrigit, qui menſurarum ſuarum limitem non attendit, oſtentationis notam qui ſe ingerit, ad quod non mittitur. Deſiſtes à malo, ſi ſapis, ſi periculum attendis! ô quàm ſatiùs multis fuiſſet ſibi invigilâſſe, quàm proximo verbum ſalutis cum detrimento ſuæ ſalutis prædicaſſe. Magna requiritur perfectio, in omnibus quærere Dei, non ſuam gloriam, multi multa dicunt, multum adhibent laboris, ut corda moveant, ut inflamment animos, ſed an pura ſit intentio, & finis operis ſit purus, dabit tempus, ubi apparebit opus uniuſcujuſque, quando Judex revelabit ab-

ſcondita

ſcondita tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium, multi multùm agunt, multa legunt, ſudant & algent, nec ob finem alium, quàm ut publicè proponant ad bonum plurimos inducant. Bonus finis, ſi non contaminatur, vel aurâ populari, hominumque applauſu vanâve, vel complacentiâ, vel gloriâ captandâ.

Viden' fili, quanta perfectio ad opus tam arduum requiratur, deciperis ſanè, deciperis, multùm enim adhuc deeſt tibi tu quidem de te ipſo teſtimonium dicis, ſed teſtimonium tuum non eſt verum, altiora te ſapis meæque providentiæ, & ordinationi præjudicas, ſcio ego quid obſit tibi, quid ovibus meis proſit; plures hoc tempore reperies longè maioribus donis, & ſapientiâ prædicatos, quam tu; nec tamen eò dementiæ deveniunt, ut ſe credant ad tam tremenda munia aptos, an neſcis, quia ars artium eſt regimen animarum; conſultum tibi volo, ut ceſſes ab hac ſtultitia.

Et quid eſt, quod aliis prælucere velis

verbis

verbis, qui cum tuis domeſticis, quibuſcum vivis, non ſine ſcandalo agis, & malo exemplo*? habe ergò priùs zelum ſuper teipſum, & ita vive cum tuis, ut exemplo ſis, & bonus odor in loco ad quem te vocavi.

Ecce fili cernis, quot hodie Eccleſia habeat Apoſtatas, & à fide & à Religionibus quibus hæc, quam tu affectas charitas & animarum cura fuit in ruinam in ſcandalum, qui ſi (ut ſuprà dixi) latitâſſent in abditis, ac ſuæ ſoli ſaluti proſpexiſſent, in tantam criminum ac vitiorum abyſſum nunquam deveniſſent, in quam eos vertiginem mentis elatio & magna ſui exiſtimatio egit præcipites.

## *Obſervatio.*

OBſervandum hîc, tentationem iſtã non rarò poſt profeſſionem oriri, ubi diabolus quoſdam ad anguſtias redigere nititur, quaſi in aliâ vocatione, & Religione plûs proficere, aut majora ad Dei gloriã præſtare potuiſſent, ac proinde hãc

vocationem non fuiſſe veram, nec à Deo inſpiratam, ſed caſu tantùm & fortuitò ſibi placuiſſe ſtatum & Ordinem, in quo vivit, nec Deo inſpirante illuc veniſſe, hâc utitur technâ dæmon, ita ut ubi quis cedit vel modicum, plurimùm impeditur in ſpiritualibus. De hac re legi poterit Lancicius Tom. 2. ubi probat, qualiter in quacunque Religione ſalvari poſſit homo, etiamſi vocatus. v. g. ad Franciſcanum, iret ad Dominicanum, non ageret contra vocationem, eò quòd adhuc ſit ſtatus Religioſus, & regularis. Et notandum juxta S. Thereſiam, quòd tales homines, qui nutant in vocatione ſua, quàm diu agitantur, inutiles ſint ad quæcunque officia, quod ipſa probat experientia, quia nihil præſtant boni præpediti ſuis phantaſiis & ſtultis timoribus.

Sed dicis, qui hiſce cogitationibus vexaris, utilis libenter eſſem Eccleſiæ per Conciones, Confeſſionum auditiones, &c. bona eſt intentio, ſed falleris in imaginatione, aperta eſt enim hæc tua ſuperbia,

bia, cùm putes te ad talia idoneum; abjice igitur tales inanes, & ſtultas cogitationes, & in ea vocatione, quâ vocatus es mane; vel, ſi non ſcis, & dubitas, an verè vocatus ſis, crede eo ipſo, quod ſis ligatus, & habeas bonam intentionem & voluntatem ſerviendi Deo, illumque laudandi, eſſe Dei vocationem, & voluntatem, firmiterque crede Deum ſic diſpoſuiſſe qui meliùs novit qualis futur⁹ eſſes, vel fuiſſes ſi ad alium ſtatum veniſſes, vive ut Benedictinus, ut Carthuſianus &c. & eris tutus, ambula cum Deo, & eſto perfectus, ſecundùm Statuta, vel Regulam vive faciens judicium & juſtitiam, de reliquo crede te Deo, qui nullum vult damnari, ſed omnes ad agnitionem ſui venire; ſiquidem impoſſibile eſt, viventem juxta Regulam ſui Ordinis damnationis periculo ſubeſſe. Et eſto; ponatur, mi frater, te qualitatibus & donis, quibus proximum lucrari poſſes, ornatum, anne ideò culpandus Deus, qui omnia prævidet & omnia ſcit antequam fiant, quòd te ad

ſolitudi-

ſolitudinem, vel ad ſtatum, ubi prædica-re,&c.non cōceditur, ire permiſerit, imò ſtudio te abſtraxerit à ſalute proximi, & illuc te perduxerit ubi tibi intendas, damnandus alioquin (quod eheu plurimis evenire ſolet) ſi te proximo aptaſſet. Sed magnam, inquis apud Deum meretur gratiam,& in cœlo gloriam, qui plures ad fidem revocat, in fide firmat, ignorantes erudit,&c. Cùm ſcriptum ſit, *qui erudiunt multos, fulgebunt ſicut ſtellæ in perpetuas æternitates.*

Non nego. Sed ſcriptum eſt etiam: *quid prodeſt homini, ſi lucretur univerſum mundum; anima verò ſuæ detrimentum faciat*, quod ſæpe Deus prævidet, ſicque ſecundùm infinitam bonitatem, & inſcrutabilem præſcientiam ſuam plures ad ſolitariam vitam vocat, non habito reſpectu ſcientiæ & doctrinæ, quam tu & cæteri vos habere putatis, damnandi alioquin ſi proximo intenderetis.

Certe negari nequit, quòd viri multi iique doctiſſimi & ſanctiſſimi, quorum

indignus

Indignus ego ſum nominare nomina, vel inſiſtere veſtigiis, ad Eremum Deo vocante ſeceſſerunt, idq; tunc etiam, quando nequaquam tanta copia erat operariorum in vinea Domini qualis modò eſt.

Attende hîc S. Joannem Baptiſtam, Hieronymum, Antonium, Hilarionem & plures alios, imò plures Eccleſiæ Doctores, ex Latinis & Græcis, quorum doctrinam, & ſanctitatem mundus ſtupet, & veneratur, qui ſibimet intenti, Deo placuerũt; Et quis iſtos reprehendere audeat, vel condemnare? re igitur bene inſpectâ ordinariè in ejuſmodi tentatis, & zelus eſt falſus, & ſubeſt titillatio honoris, & exiſtimationis, quia ſi zelus foret genuinus & Divinus, non deſtitueretur Comitibus neceſſariis, Charitate Dei, humilitate, & obedientiâ: Credunt ſe ſcire aliquid, cùm eos non oporteat ſcire, niſi Chriſtum, & hunc Crucifixum. Id eſt injuriis & humiliationibus gaudentem. Credo certè Thomæ Kempenſi *quòd non quæret Deus quid legiſti* (addo *quid docuiſti*; *ſed quid boni egiſti.*

Si igitur cum ſcrupulo res agitur,
non rarò eſt, cogitāda illis erunt exem
tot Sanctorū in deſertis viventium, it
quòd valet oratio juſti aſſidua mult
imò plùs mille concionibus, oratio
fervore deſtitutis. Audiant de re hac
quentem Seraphicum illum Patrem
ſpec. vitæ, qui ait: *Quos alii credunt*
*ſuam ſententiam, & prædicationem ædific*
*& ad pœnitentiam converti, Dominus per*
*rationes & lachrymas humilium, & ſimp*
*cium Fratrum ædificat, & convertit, licèt p*
*rumque ipſi hoc neſciant, ne ſcilicet inde ſ*
*perbiant. Iſti ſunt Fratres, qui in locis de*
*tis, & remotis latitant, ut meliùs vacent o*
*tioni, & meditationi, ſua aliorumque pecc*
*deplorantes, humiliter & ſimpliciter conv*
*ſantes, quorum ſanctitas Deo cognita, ac ſæ*
*laribus eſt ignota*, &c Hæc ille.

An igitur Ordo Carthuſianus, que
Eccleſia approbavit, tot ſummi Ponti
ces comendârunt, ideo reprehendend
quòd ſolitarius, quòd proximo, quò
Eccleſiæ minùs ſit utilis? legatur hîc n

ſt

per Surius in vita S.P.N. Brunonis.

Graviter hic hallucinantur, qui neſcio, quid ſomniantes dicere non erubeſcant, Ordinem Carthuſianum otioſum eſſe, nullumque vel proximo, vel Eccleſiæ fructum afferre, ac proinde non rarò bonos adoleſcentes, qui aliquo pollent ingenio, ſolicitudinémque eligere parant, avocare ſolent, perſuadentes abſcondi talenta, gravèmque hinc aliquando reddendam rationem, ideoque aliter, & meliùs ſibi conſultum velint. Sed dic mihi, quiſquis es, ô bone vir, te nunc alloquor, unde ſcis, quòd iſtud talentum, quod talis habere videtur, ipſi futurum ſit ad animæ ſalutem & proximorũ utilitatem, ad maiorem denique Dei gloriam? O! quot recole, obſecro, quot alienæ ſaluti intenti ſemet neglexerũt dum ſcientiâ inflari vanamq; captantes auram hominum linguis & laudibꝰ abſtracti, ad hæreticos tranſierunt, ſuâ q; doctrinâ abutentes, non Dei, ſed diaboli voluntati obſecuti, propriam

aliorúmque perditionem aſſecuti peri-
runt, nunquam perituri forte, ſi ſibi i-
tendiſſent in ſolitudine? Hæc reco-
Deumque vocantem ne ſpernas, non o-
ſiſte, ne retrahe, ſed manum ejus duce-
tem ad tutiora, ſuſpice, & venerare, ju-
cia enim Dei abyſſus multa nimis. Et q
vocat, prævidet, & novit. Cur húc & n
illuc ducat. Non enim temerariis agit
motibus vita noſtra, ſed Deo diſponent
teſte fide noſtrâ gubernatur. Is vocat,
gratiam perſeverandi tribuit, is ſuum h
norem procurare poterit æquè in ho
quam in illo ſtatu. Neque ullum unqua
damnatum hac de cauſa reperient, ſiqu
dem non deſunt Deo plures alii, qu
mittat in meſſem ſuã, plures econtra p
riiſſe hoc ductos zelo inordinato nim
prôh dolor, quàm manifeſtum eſt. Sic r
fert Petrus Ribadineira Soc. JESU in Di
logis ſuis de Religioſo quodam tragœd
hanc rem noſtram inſigniter ſtabilient
qui optimo, ut illi videtur, zelo ducti
flexibilibus, conſtantibuſq; precibus e

tor

porſit miſſionem ad convertendos Mauros in Affricam obtinuit, ægrè quidem, ſed tamen abſolutè dimiſſus fortiter ſe geſſit ab initio, ſtrenuè certavit contra dæmonum inſultus, quouſq; captus, tentatus, tortus, pœnarum acerbitate ſuperatus, negavit Deũ & fidem. Quod dum incidenter infero, recolens me ſic legiſſe aliquando; nunc reperio in Apophtegmatibus Adriani Lyræi lib. 2. Apoph. decimo quarto; ex quo proinde tranſcriptum tibi communico mi Lector.

Fuit à paucis retrò annis Religioſus quidam flagrantiſſimo converſionis infidelium zelo incenſus, ſolitus identidem Evangelicos Hiſpaniæ operarios verbis acribus perſtringere, quod cùm præ oculis haberent indies Affricam Maurorum legibus pollutam ſordibus ad ſtuporem infectam, ne quidquam tamen in iſtuc ſe conferrent, nec fretum trajicerent pereuntibus opem allaturi. Hæc ille diurnis nocturniſq; horis meditans, igne zeli ſui aſſiduè torrebatur: Cùm die quadam an-

te ſacrorum Antiſtitem ſe ſtitit, roga
obnixè, ut ſibi magni loco beneficii m
nus hoc committatur: Antiſtes rei grav
tate plenaque periculis alea prudenter e
penſa, abnuere viſus hominem ad orati
nem à ſe dimiſit, non aquievit tamen, ſ
denuò reverſus, & majoribus verboru
phaleris ac precum tormentis Antiſtite
aggreſſus tantùm effecit, ut vel invit
facultatē conceſſerit, non quòd ſic reb
iſtius expedire judicaret; ſed ne ulterio
repulſa homo nimiùm affligeretur. In A
fricam itaque trajiciens ad Portum Ar
chianum appulit, unde Bocanum Mau
taniæ Tingitanæ Urbē Mareucos Hiſp
ni appellāt, incolæ, Maroco; ſecundo cu
ſu digreſſus mox rectè Evangelii libru
expandere cœpit. Cùm ecce primâ ſuâ
populum allocutione acriter in Mauro
rum ſectam invectus, multis convitiis,
ſannis non ſegniter in gentis deliria co
geſtis, fuſtibus alapiſq; malè mulctatus
fœdum carcerem conjicitur, infeſtâ fam
nec minùs peſtilentibus aquis enecandus

cuju

cujus tormenti, atq; miſeriæ finem, cùm præter unam, eamq; triſtiſſimam mortem nullum nec conſequi, nec ſperare quidem poſſe videretur; nefarium admodùm cum Mauris inire fœdus decrevit: hic illi orthodoxæ fidei divortium ad cætera omnia ſurdi miſero proponere, Chriſtũ abjuret, Machometum admittat, ejuſq; ritibus ac legibus initietur, quas ante tot injuriis affectas violârat, expoſcere. Acquieſcit infœlix, Catholicam fidem ejurat, ac vehementi pavore conterritus Machometo Sacramentum dicit. Nec mirum, non enim cœleſti illo robore, ac virtute ex alto induebatur, quibus aſſolet Deus illos communire, quos ipſe ad hujuſmodi certamina ac luctas benignè emittit.

Hâc itaque lege vinculis cuſtodiâque egreſſus præputio minuitur, variiſque Maurorum ritibus ſuo ordine expletis, quantùm anteà ſcomatum, ac convitiorũ in Machometanam ſectam effuderat, tantùm in Chriſti legem projecit. Aquieſcete his ſanè potuiſſet infrænis Mau-

rorum ſævitia; ſed finem nullum inveni donec altiori metu Chriſtianos perculſuri, ne quid ſimile in gentem ſuam, Prophetamq; committere aliquando, attentarevè auderet, hominem publicè accuſatum, damnatumque altiſſimis ignibus abſumpſerunt, animâ pariter ac corpore miſerrimum longè hominem perdentes, unum hoc pro multis ſufficiat; (nec opus eſt plures recenſere prudenti & cordato) qui ducti quandoq; hoc zelo ſuis viribus plùs æquo confiſi; turpiſſimè ab hæreticis circumventi colliqueſcebãt, qui priùs ſolidi ut rupes petrarum videbantur. Legatur S. Bonaventura in Stimulo Amoris p.2. cap.12. quænam requiratur perfectio, ut hoc quis audeat appetere? ubi notat frequenter contingere propriam negligi, & ſuffocari ſalutem, per curam ſalutis alienæ. Fœlix ille, ſed quis ille? quam pauci illi, qui ad hoc munus vocati, cum Dei voluntate ſuam habent unitam, purèque Dei, non ſuam quærunt in omnibus gloriã? quàm bene Hieronymus Epiſt. 66.

*Non*

*Non ambimus*, inquit, *ſacerdotium, qui latemus in cellis, & quorum officium eſt non docere, ſed lugere.*

Claudo cum Syneſio Epiſcopo: *Non condemno illos, qui in rerum negotiis verſantur, ſed ignarus meipſum vix in theatrum pervenire, admiror eos, qui utrumq; poſſunt, mea facultas non eſt duobus Dominis ſervire; ſi enim ſunt aliqui, qui neque à conſcientia læduntur, poterunt ſanè, & Sacerdotio fungi, & civitatum præfecti eſſe. Radius ſolis etſi cum ſtercore converſatur, purus manet, & non coinquinatur; ego vero, ſi idem hoc fecero, fontibus & mari opus habeo.* Syneſius Epiſc. Epiſt. 96. Syneſii mens circa vitam mixtam apud Baronium T. V. fol. 410. col. 2.

## *Reformatio per propoſita.*

I.

HAbebo primò zelum ſuper meipſum, ut me exhibeam exemplarem, & ut meo exemplo fiant alii probiores, & diſciplina regularis conſervetur; quia ad

ad hoc fortè ſum vocatus Et. væ mihi ſi hoc talentum abſcondam, vel (quod Deus avertat) malo meo exemplo ad malum alios inducam.

2. Frequenter meditabor mirabilem Dei providentiam, & præſcientiam rerum omnium futurarum.

3. Nequaquam loquar de tentatione hac coram aliis, ne ſimpliciter gradientes ſcandalizem & in eorum mentibus intentioné bonam, quietem & pacem enervém.

4. Ne interiùs tentationi huic unquam acquieſcam, vel intendam ullo modo tanquam directè voluntati divinæ contrariæ.

5. Solitudinem amabo, in ea mihi intendens pro univerſali Eccleſia, & iis, qui officium prædicandi &c. exercent, orabo, ut per eos Deus efficiat, quatenus omnes ad agnitionem ſui veniant.

## GEMITUS III.

*Quòd tribulationibus fortiter exagitetur.*

HEu mihi! Dilecte mi, dilecte votorum meorum, annè colluvies factus

ſum

ſum ærumnarum? quò abjiſti dilecte mi, quò declinâſti? poſuiſti ô Domine tenebras latibulum tuum! ô Deus abſconditus & Salvator ſalva me! reſpice me. Revertere ô Bonitas! ſimilis eſto Dilecte mi capreæ, hinnulóque cervorum. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum, perſiſtam ſub Cruce, donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, perſiſtam ad radices montis myrrhæ & collis thuris; ſed uſquequo Domine; uſquequò obliviſcêris me in finem? anxior dum crucior, quia vereor caſum; imperfectum meum viderunt oculi tui, quia ſuccumbo ſub onere, ſub pondere tribulationũ! en ut jumentũ factus ſum apud te, vix reſpiro ſub faſce, quia premor: ſiccine me deſeris, qui te requiro indeſinenter? & ſiquidem omnes in libro tuo ſcribētur, qui faciunt voluntatem, ut quid deficio, dum vexor, dum angor? Ah quando reſpicies humilitatem ſervi tui, quia humiliatus ſum nimis? rugiens à gemitu cordis mei: Ecce Domine pugno, & eminus & comi-

cominus deſæviunt intus, impugnant foris, intus tenebræ, & caligo noctium, foris pugnæ, linguæq; mordaces, & ubi es ô Deus Sol gratiæ, illuminans omnem hominem? ſiccine abjicior? tanquam mortuus à corde? Ah! quando reſpicies? quando reſtitues animam meam in gradum priſtinum?

*Siccine inacceſſos te fruſtra quæro per agros,*
*Perditus heu! dixi ſiccine ſponſe lates?*
*Credideram fictamque fugam, fictumque receſſum.*
*Iram namque docet fingere cautus amor.*
*At geritur video res ſeriò: ſæpe revertar*
*Dixiſti fugiens: attamen uſque lates.*
*Vſque lates nec te, mea multa pericula tangunt.*
*Nec ſaltem oſtendis, quo teneare loco.*
*Ah! oſtende, precor mea ſpes, mea ſola voluptas,*
*Quæ Regio invideat, tè mihi quodve nemus.*

Suſcita de terra inopem, & de ſtercore erige pauperem, ſubleva premens aguſtiarum pondus, ſubmove molē tentationū, ne ſuccumbam victima; ſalvum me fac

Domine,

Domine, & ſalvus ero, coram te mea eſt ſanitas, & infirmitas; & quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiæ noſtræ: ô gaudium meum, per quod gaudeo, quamdiu jactabor in fluctibus? Ad te Domine clamavi, an non exaudies, eruens me de profundo aquarum multarũ, de lacu miſeriæ, & de luto fæcis? tu Dominaris poteſtati maris, motum autem fluctuum ejus tu mitigas Domine, ne me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum, eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut ſalvum me facias, vel certè perfice greſſus meos in ſemitis tuis, ut non moveantur veſtigia mea, pone pedes meos, quaſi cervorum, ne cadam dum ceſpito.

## Reſpondet Chriſtus
### *Ingemiſcenti præ anguſtiis.*

IGnoſcendum tibi foret, fili, ſi mei careres notitia, verumtamen cùm ſcias, me æquum tui & omnium amantem, inexcuſabilis es, nec enim te latet, hanc unam & ſolam

ſolam fuiſſe viam, quâ duxi amicos meos. Conſidera Sanctos meos quotquot numerare poteris, ſique aliud in eis inveneris quàm tribulationes, quàm crucem, ingemiſce. Credis utiq; quod quem amo, caſtigo, quod regnum cœlorum vim patitur, quod ſic me oportuit intrare in gloriam meam; & tu intrare cupis per aliam gloriá non tuã? Elige potiùs cum Catharina Senenſi ſpineã, ut tantò ſis de cœlo ſecurior, quantò mihi conformior; quid refugis Crucem, quam volens, nolens portare cogeris? gratias mihi habere deberes, dum tibi patiendi materiam ſubmitto, ut damnationem evadas. quid non optabis in morte? Certè pertuliſſe multa pro nomine meo pro peccatis tuis, ad diluendas peccatorum maculas, ad amovendam de culpis pœnam; ad acquirendam veniam & gratiam, & promerendam gloriam, tunc exultabit magis caro afflicta, quàm in delitiis nutrita, eligere oportet magis tribulationes, quàm divinas revelationes, quia tutior es ab illis, quàm cum iſtis: plus e-

rudiunt flagella, quàm bonorum affluentia, quæ nocent, docent: crede firmiter veriſſimum eſſe, quod

*Quiſquis expers, & pœnarum,*
*Hac in valle làchrymarum,*
*Ubi Cruce vivitur.*
*Ignorat, quid ſit bonum,*
*Et amoris neſcit donum,*
*Nec guſtum aſſequitur,*
*Nam aggeſta vis dolorum,*
*Eſt caracter amatorum,*
*Cùm premit, imprimitur.*

Pro magno ergò æſtimandæ ſunt tribulationes, utpote à Patre pientiſſimo ſubmiſſæ velut arrha ſalutis, & pignus amoris, quia corripit, & caſtigat filium, quem amat, ne pro cœlo amet ſtabulum, pro ſiliquis manna Cœlitûm, & ſordes poſtponat æternis deliciis. Hoc agnoſcendum tibi erit, & tollerandum æquanimiter & generosè; juſtus enim in adverſis probari ſe recognoſcit, non dejici. Viri Sancti plus reformidant proſpera, quàm adverſa

adverſa, quia ſervos Dei illa dejiciunt, hæc autem erudiunt, vide modò, quid eligas, vel hic mala pati & in æternum præmiari, vel cum mundi amatoribus hic abundare, & mundi ſpurcitiis ſaginari, & poſt hæc æternaliter damnari & cruciari.

## *Obſervatio ad prædicta.*

OMnes penè libri pleni ſunt motivis & ſtimulis ad tolerandum adverſa undecunque provenientia, hinc remitto eum, qui tribulationes patitur, ad R. P. Ludov. Bloſium, alioſq; innumeros, maximè verò ad ſacram Scripturam, quæ plena eſt Sanctis hominibus, qui omnes mare hoc tranſierunt, & per multas tribulationes evaſerunt è mundi turbulentiis ad tranquillitatem æternam. Id ſemper attendendum, quod fieri frequenter aſſolet; ut non ſibi ſubrepi ſinat, qui tribulationes patitur, illud tritum; libenter aliam ferrem crucem, ſed hæc intollerabilis, hæc mihi nociva, aliam etiam graviorem majori cum fructu merito, & profectu

ſuppor-

ſupportarem aliis in hoc N. ſum moleſtus, & ſimilia, quæ omnia amor proprius effingit; tuum eſt, mi Frater, credere omnes ita circa tuam infirmitatem voluntati Dei acquieſcentes, ut libenter faciant, dummodò tu in te humilis, & reſignatus ſis. Novit Deus, & prævidit ab æterno tibi hoc eventurum, quia malum non eſt in civitate quod non fecit Dominus dempto ſemper malo peccati ſolùm; tibi incumbit ut voluntatem Dei exquiras in iſtis; hâc cognitâ, tua ſemper erit patientia ſine murmure, ſine inquietudine, vel revelatione pro relevatione: quæ ſi obſervaveris, faciet Deus cum tentatione, & infirmitate proventum. Quiſquis ergò ſic premitur, legat frequenter Exempla Sanctorum, qui per multas tentationes & tribulationes introierunt in gloriam Dei.

Item pœnas inferni recogitet quas meruit, & erunt omnia tolerabiliora. Legendus liber aureus, qui inſcribitur ærumnæ Chriſti R. P. Thomæ de JESU Ord. S. Aug.

S. Aug. & ſpecialiùs inſtructionem præfixam, & ſeptem illa puncta, quorum ultimum hoc eſt:

Duo ſemper habeat in recenti memoria (qui tribulatur) unum pro ſolatio in laboribus ac tentationibus, quod ſcilicet eas Deus non mittat, niſi magno cum moderamine, non plus imponendo nobis quàm ſuſtinere poſſimus, cum gratia à ſe donata, &c. unde non oportet nos eſſe ignavos, ſed fortiter decertare cum fiducia.

Alterum eſt, ut meminerimus ubique Dei præſentis, præſertim inter homines, & negotia apta ad mentem diſtrahendam; ubique retinendo reverentiam Domini nos aſpicientis, & operantis nobiſcum. Quod fiet, ut habeat ſemper apertam portam, ad introducendos nos in cellam vinariam, ut diſpulsâ caligine, oſtendat nobis faciem ſuam, &c. En dicta PP. de materia præſenti.

Intelligat homo medicum Deum, & tribulationem medicamentum eſſe ad ſalutem

lutem

lutem, non pœnam ad damnationem; ſub medicamento poſito ureris, ſecaris, clamas, non audit Medicus ad voluntatem, ſed audit ad ſanitatem. *Auguſt.*

Qui futuræ vitæ præmia diligenter recogitat, præſentis vitæ mala æquanimiter portat. *Iſidor.*

Conſideratio prœmii minuit vim flagelli. *Greg.*

Tunc juſtis gaudia diſponuntur æterna, cùm in præſenti probantur tribulatione.

Nullus ſervus Chriſti ſine tribulatione eſt, ſi putas te non habere perſecutiones, nondum cœpiſti eſſe Chriſtianus, multò minùs Religioſus. *Auguſt.*

Boni laborant, quia flagellantur ut filii, mali exultant, quia damnantur ut alieni. *Iſidorus.*

Qui benignè hominem condidit, nequaquam injuſtè cruciari permittit.

Afflicti terrena perdimus, ſed afflictionem humiliter ſuſtinentes cœleſtia multiplicamus. *Gregor.*

In

In hoc mundo quaſi in campo certaminis poſiti ſumus, & qui hîc dolores, aut plagas, aut tribulationes non ſuſceperit, in futuro inglorius apparebit. *Beda.*

Ne indignemini, ſi mali in hoc mundo florent, & vos patimini, quia non eſt Chriſtianæ Religionis in mundo exultari, ſed deprimi; mali nihil habent in Cœlo, vos nihil in mundo, ſed ſpe illius boni, ad quod tenditis; quidquid in via contigerit, gaudere debetis. *Beda.*

Deus temporaliter punit, ut ardores æternitatis pœna redimat temporalis.

Maximum eſt remedium interioris hominis, ſi area mundi variis paſſionum flagellis trituretur exterior. *Pet. Chryſol.*

Omnis cordis aut corporis afflictio citra meritum & fructum ſalutis eſt ſine patientiæ condimento. Parva tolleramus, ſi recordemur, quid biberit ad patibulum, qui nos invitat ad Cœlum. *Caſſ.*

Hoſtis noſter, quantò magis ſibi rebellari conſpicit, tantò ampliùs expugnare contendit, vos autem pulſare negligit,

quos quieto jure ſe poſſidere ſentit, fugientem à ſe, diabolus proſequitur.

Plus animum purgant mala tribulationis, quæ pro amore Dei patienter tollerantur, quàm opera bona, quæ nunc in hoc mundo ſpontè patrantur. *Trith.*

Sicut oliva & uva, priuſquam ad uſum valent humanum, primò debent intorculari: ita debet homo perſecutionem pati, priuſquam idoneus ſit ad regnum cœlorum. *Auguſt.*

Nemo eſt noſtrûm, qui purgatione non indigeat, nemo qui non quotidiè peccet, ſi ergò propriam ſalutem diligimus, ſi remitti nobis noſtra debita, & purgari ab omni cordis macula flagitamus, patienter ſuſtineamus, quidquid adverſi nobis acciderit. *Iſid.*

Quantò in hac peregrinatione noſtra jam perſecutionibus, laboribus, & tribulationibus fuerimus afflicti, tantò in futura remuneratione juſtorum Deo largiente maxima præmia conſequimur. *Iſid.*

Nunquam deeſſe poteſt tribulatio per-

ſecutio-

ſecutionis, ſi nunquam deſit obſervantia pietatis, omnes enim qui piè vivere volunt in Chriſto, perſecutionem patientur: militia enim eſt vita hominis ſuper terram.

Graviore triſtitiâ ob res adverſas ſi laborare te ſenſeris, ora inſtanter Deum, tibi ſanè adfuturum.

Mali grati non ſunt in hoc mundo, neque nihil boni agit de illis Deus; omnis enim malus, aut ideo vivit ut corrigatur, aut ut per illum bonus exerceatur.

Adverſitas & tribulatio modicum eſt pretium, quo delicta maxima diſſolvuntur.

Plus placatur Deus afflictione levi præſentis vitæ, propter ipſum vel ultrò ſuſcepta, vel patienter admiſſa, quàm magnæ pœnæ futuræ, utpote plus neceſſitatis habente, quàm voluntatis, & hinc habes magis occaſionem lætitiæ, quàm turbationis.

Nequaquam eſt modeſti animi, ſe prorsùs credere innocentem, nec quicquam admiſiſſe præſenti calamitate dignum. Di-

cendum

cendum magis, non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis, &c.

In re propria ne ſimus judices, quia hujuſmodi judicium eſt ſuſpectiſſimum.

Aut ſanctus es, & probaris, aut peccator, & injuſtè conquereris, minora ſuſtinens, quàm merearis.

Conſoletur te ſimilitudo cum Chriſto, qui mortem ſuſtinuit, & quidem Crucis. Reficiat te, ſi innocens es conſcientiæ bonæ teſtimonium.

Illi iraſcitur Deus, quem peccatorem non flagellat, nam quem flagellando in præſenti non emendat, in futuro æternaliter condemnat.

Quantò plus hîc tormenti, tantò plus illic erit gloriæ.

Ignis aurum probat, miſeria fortes viros; militares viri gloriantur vulneribus, Gubernatores in tempeſtate, in acie militem intelliges. *Iſid.*

Tanta eſt gloria, quam exſpecto, ut omnis me pœna delectet, omnis morbus, humilia-

miliatio omnis, perſecutio omnis, mortifi-catio omnis. *S. Franc.*

Quemcunque Deus potioribus donis exornare ſublimiterque transformare decrevit, eum non molliter, & blandè lavare, ſed totum in mare amaritudinis immergere conſuevit. *Bloſius.*

Si exceptus es à paſſione flagellorum, exceptus es à numero filiorum. *Auguſt.*

### *Reformatio per propoſita.*

1. FRequenter legam de his, quæ ponuntur in obſervatione iſta.

2. Dum tribulor, dum crucior, dum tonant contumeliæ, dum fiunt injuriæ, identidem levabo me ſuper me per pias aſpirationes.

3. Frequenter recogitabo ærumnas Chriſti & Sanctorum.

4. De cœleſti gloria, & è contra de pœnis infernalibus ſemper aliquid legam, cujus memoriâ mihi dulceſcant tribulationes & adverſitates temporales.

5. Nunquam malum pro malo reddam.

De his ſingulis in ſpecie in ſequentibus.

GEMI-

# GEMITUS IV.

*Ingemiſcit Anima vexata & fatigata impugnationibus contra fidem orthodoxam.*

AH! Deus veritas infallibilis, & falli, & fallere neſcia, unde mihi hoc, quod adeò induruerit cor meum in credendis iis, quæ revelâſti, quæve credit, & credenda præcipit Eccleſia? Credo Domine, ſed contrarium mens ſuggerit, dum dubium ingerit; adjuva Domine, adjuva incredulitatem meam, da cor docibile, & flexibile, ſi tu Deus meus, ſi Sponſa tua Eccleſia veritatis eſt columna, quid crucior, dum abripior ad vana, ad fatua? nunc credens firmiter, nunc hæſitans turpiter, an hoc illudve verum ſit, quod verum eſſe credi vult, S. Mater Eccleſiafa lli neſcia, quia à te inſpirata. Ah! væ cœcitati meæ! væ miſero? quis illuminabit tenebras meas? quis nubem falſitatis repellet à corde, ut videre valeam Solem juſtitiæ, & Lumen veritatis? Quis involutum tenebris, filiumque tenebrarum illuminabit? Ah!

quando fiet lux, quando diſcedet nub
tenebroſa, quæ operit oculos meos ? A
Domine Deus, educ me de tenebris
umbra mortis; mors mihi eſt cor duru
& incredulum. Ah! quando orietur l
habitanti in tenebris & umbra morti
perdidi eheu drachmam quam poſſed
ram, fidem veram, fidem inconcuſſam pe
didi, dum nutare cœpi factus inſtabilis
imbecillis: O Veritas æterna! & falli
fallere neſcia, tibi ſuſpiro die ac nocte, pe
le tenebras, infunde lucem, ut videam u
ambulem, quoniam turbatum eſt c
meum, & dereliquit me virtus mea,
lumen oculorum meorum, & ipſu
non eſt mecum; cur faciem tuam a
ſcondis, obliviſceris inopiæ & tribul
tionis meæ? an arbitraris me inimicu
tuum? ſiccine projectus ſum à facie oc
lorum tuorum, ut quaſi in tenebris obe
rans, à veritate, à fide & quò me vertam
neſciam? Placare Domine, & reſpice, qu
unicus & pauper ſum ego; non avertas fa
ciem tuam à me; tibi enim dixit cor meum

exqu

exquirit te facies mea, faciem tuam Domine requiram.

## Reſpondet Chriſtus
### *Titubanti & afflicto.*

Filli, tibi dictum crede illud Evangelii, *quomodo vos credere poteſtis, qui gloriam ab invicem quæritis*; penetret hæc ſententia mentem tuam; eſt enim hæc tentatio non rarò non tam punitio, quàm monitio, ut ſe talis reducat, inque ſe ducat ſpiritum humilitatis, cujus leges ſunt non altum ſapere, ſed timere, non altiora ſe quærere, ſed ſimpliciter acquieſcere omnibus. Nec alio modo expellitur iſtud dæmonium, quàm humili ſubmiſſione, non ambitioſâ diſcuſſione, &. verborum diſputatione. De reliquo, ſi tibi difficile eſt, credere ſimplicibus Eccleſiæ præceptis, crede miraculis, non niſi à Sanctis Eccleſiæ filiis patratis. Crede inquam, Deum eſſe, eumque pium, juſtum & ſanctum, qui ſuos quoque habet in terris, quos non falli ſinet, ſecus namque ceſſaret Eccleſia, veraque fides, nec te moveat, vel

Eccleſiaſticorum vita ſcandaloſa, vel Religioſorum converſatio tepida; nec enim deſunt, qui mihi ſincero & perfecto corde ſerviunt, cupientes adimplere voluntatem meam, & quî fieri poteſt, ut hoc conſiderans vacilles? anne non experiris meam erga te bonitatem, qui tam tepidè etiamnum vivis? & quid? decipi ſinerem illos, qui mihi placere ſtudent, omni modo, deciperentur autem, ſi tam firmiter crederent omnibus iis, quæ ab Eccleſia ſanciuntur, & credenda proponuntur, ſi Eccleſia falli poſſet, vel quandoque falſum docuiſſet. Si adhuc tibi obſiſtit tua excœcata mens, & cum tepore vitæ extincta pariter fides habeatur, renova ſpiritum, de reliquo verò cogita, nón eſſe illam in poteſtate tua, cùm ſit virtus infuſa divinitùs; hominis eſt præparare animam per orationem devotam, & humilitatem profundam, Dei autem infundere gratiæ lumen: optima verò ad hoc diſpoſitio eſt ſui annihilatio.

Deinde ſcire te volo, multis Sanctis viris e-

ris eveniſſe, ut tantò forent poſt tentationem fortiores, & ad humilitatem ſectandam promptiores, quantò priùs in fide fuêre debiliores; in camino tentationum omnes electos neceſſe eſt probari, ut expurgati à ſcoria evadant puri.

Tu modò ſuſtine patienter, & propone meliora, ſiquidem ad comprimendam cordis tui ſuperbiam, mentemque in multis refractariam immiſſa ſunt iſta tibi, & cave, ne deſpicias alios in ullo ſermone, geſtu, vel facto, nec diſputes facilè cum aliis contentiosè, vive inter ſpem & metum, quouſque lumen à Domino merearis.

## *Obſervatio.*

VArii variis exagitantur tentationibus, etiam bonæ & probatæ conſcientiæ homines, ita, ut Confeſſarios ſatis doctos ad anguſtias nonnunquam redigant; verumtamen confidant in Domino, quicunque bonæ ſunt voluntatis. Væ autem ſuperbis aut duplici corde altumve ſapientibus. Meritum promitto humili-

bus corde, ex his hauriendum, ita dico non paveant, novit Dominus, cur id permittat, ſufficiet illis, ſi excludant, aut faciant, quod commodè valent; actum contrarium eliciant. v.g. Credo quod credidit S. Auguſtinus, Hieronymus &c. imò ſufficiet excludere ut tentationem & divertere ad quid aliud, maximè verò, ubi dormiendum vel orandum, quod ſummoperè notandum iis, qui ſcrupuloſorum ſimul morbo laborant, ut ferè fit ordinariè, & ſanè fruſtra laborabunt iſti in eliciendis actibus fidei, dum angit ſcrupulus, nec rationi perſuadebunt, tunc ſe elicere, eſto millies eliciant; abundabunt enim ſemper argumenta in contrarium; nec ullatenus tenebuntur, ut obſervant Theologi, nominatim Sanchez & apud eum Buſenbaum in medulla Theol. mor. elicere tunc actum Fidei, cùm non tam tentatio, quàm Crux ſit & afflictio, ut loquitur noſter Roſellus in praxibus ſcrupuloſorum: & in ſpecie quidem. Vexantur nonnulli hæſitantes circà veritatem SS. Eu-

chariſtiæ,

chariſtiæ, ubi & plures mente elati in ſua ſapientia, non in Dei potentia confidentes, deluſi miſerè naufragia paſſi ſunt, ſed aliter eum timentes, qui credunt Deum utiq; plura poſſe facere, quàm nos capere, potentiſſimus enim eſt Deus, & ſupra captũ humanum operatur. Quomodò verò pluribus in locis ſit, unâ eâdemque vice in minima particula noli ſcrutari, niſi velis præcipitari, altiora ſunt hæc, quàm ut tam facilè Dei potentiam poſſimus comprehendere; aliud Chriſti corpus glorioſum, quàm noſtrum, altior Dei ſapientia, quàm noſtra ſtultitia, qui ſcrutator eſt Majeſtatis opprimetur à gloria, non opus eſt, ut comprehendas; ſed ut credas, licebit quidem ad confirmandam fidem legere libros de hac materia, ſed crede mihi, vix invenies, qui tibi adimant, ſi, quod abſit) habeas dubium circa hoc Sacramentum, devota oratio, profunda humilitas, claves ſunt ad reſerandum hoc myſterium. Sed quæri poſſet, quid ages, dum cum ejuſmodi hominibus, qui ſicut bo-

næ voluntatis ſunt, eatenus tamen intricati & infatuati ſunt, ut nullis vel rationibus, vel argumentis adduci poſſint, ut eliciant cordialiter actum fidei, obfuſcati vel ratione, vel prævalentibus ſcrupulis, aut complexionis intemperie.

Ego ingenuè fateor, me aporiari, & deſtitui conſilio, & prudentioris ſenſum me præſtolari, remittere namque ut hæreticos, vel de fide dubios adeoque mortalis culpæ reos durum foret, cùm DEUS non requirat ultrà id quod poteſt homo, quod ego ſuppono tales facere orando, gemendo, &c.

Nec eſt, quod quis objiciat meram eſſe ſuperbiam, quâ judicium ſuum Eccleſiæ nolint ſubjicere, Virorumque tam Sanctorum dictis.

Reſpondeo, Id ipſum eſſe, quod dico talibus tam infatuatis eſſe pro tunc impoſſibile, eò quod aſſenſum extorquere nequeant, à parte ſuperiori, quidquid afferas, & poſt mille argumenta hærere ancipites.

Ego credo, dummodo aliqualiter exclu-

dant à mente,nec firmiter contrario inhæreant,aut ut falſum reputent hunc, illumve articulum fidei &c. ſed tantùm hæſitant anxii, poſſe abſolvi monendo, ut ſectentur profundam etiam in exterioribus actibus humilitatem, ſimplicitatem & obedientiam: ſic enim exoratur Deus accedente frequenti oratione:videtur namque Deus eos velle ducere ad profundũ humilitatis,ut diſcãt non altũ ſapere,ſed timere.

Quod modò de SS.Euchariſtiæ Sacramento dictum eſt, id ſentio de aliis miſerorum dubiis,ſcrupulis, & anxietatibus, quos conſtat, eò quandoque cœcitatis ex nimiis tentationibus devenire, ut ferè de Deo, an omnipotens ſit &c. dubitare (ſi tamen dubium dici debet) incipiant. Alii conferentes verba Evangeliſtarum, metuunt, ne fortè diſcrepent. Alii non tam ſubtiliùs,quàm ſtolidiùs indagantes,quomodò cùm Deus ſit Spiritus, noſque caro & ſanguis,quid commercii cum utriſque: aut quomodò Beatorum animæ ſine corpore,delectationis & gaudiorum ſint capaces,

Et dantur ſingulis quidem ſua reme-
dia, verumtamen vix fugabuntur un-
quam, ita, ut non ſuccedant alia, neq;
alia, niſi generale quoddam argumen-
tum in contrarium, de una ſola vera fide
in qua vera omnia, iis implantaveris, qu
ſibi perſuadeant firmiùs, Eccleſiam ve-
ritatis columnam eſſe. Inter alia moti-
mihi ſemper fortiſſimum, quò corruant
expugnentur eorundem fatuæ objectio-
nes, viſum fuit id, quod ſuprà memora-
tum. Impoſſibile nimirum eſſe, Deum
tam pium, tam bonum, permittere, & poſ-
ſe, & velle, ut tam ſancti homines, quorum
unicum ſemper ſtudium fuit placere Deo
in aliquo errore viverent. Adducantur
illis Sancti, quos magis ob vitæ ſanctita-
tem mirantur. His & ſimilibus faciliùs
illos quandoque, imò frequentiùs juvari
quàm verba verbis conferẽdo, certum eſt
faceſſent ſanè negotium viro doctiſſimo
cauſa ea eſt, cùm enim iſti phantaſiis ſu
continuò inquietentur, occurrunt illis
ſemper rationes in contrarium, quas ſ

depro-

depromere permittentur, tam citò in promptu non habebit Confeſſarius, quibus expugnet, & ſic periculum eſt, ne creſcat in infirmo morbus, dum videt ſibi pharmacum ſatis fortè non præberi, nec ſatis reſolutè reſponderi.

Et in ſpecie quidem objectioni eorum, & dubitationi, quod diſſonare videantur Evangeliſtæ, reſponderi poterit. Ideo factum & à Deo permiſſum, ut fides habeat meritum: Quæſo enim te, qui ſic tentaris, quis credat non plus amari, & honorari Dei Matrem Mariam, quam Evangelium indicat, ubi non ſemel videtur (ut peſſimè ſomniant & objiciunt hæretici) increpata, aut ut indiſcreta, quod abſit, ut repulſa, & cur hoc Deus, qui aſſeruit parentes honorandos, ſic egit, ſic diſpoſuit? Cur non potiùs de illius mirabilibus virtutibus, & donis ſcribendis Evangeliſtas inſtigavit, quàm modò tot miraculis videmus in omni terræ parte coruſcam & illuſtratam? Certè non aliam ob cauſam, niſi ut fides majorem haberet ob

difficultatem credendi coronam ? dema
tibi, & ſedent tentationes fidei dœmon
expulſiones, quarum nullam unquàm
ullo hæreticorum legimus. Conſideran
quoque eſt, quantas abſurditates omne
quotquot ſunt hæreſes; contineant, qu
les habeant Authores, ſcilicet Sacrilego
perverſos, dœmoniacos, & videbis ſola
fidem Catholicam à Chriſti hucuſq
paſſione florentem, eſſe fundamentum
ædificii, vitæ ſcilicet ſpiritualis. Legatur
Auguſtinus, Hieronymus, aliique Viri,
doctiſſimi, & Sanctiſſimi, qui S. Roma
nam Eccleſiam, cum in omnibus, tum ſpe
ciatim de concordia Evangeliſtarum pro
pugnârunt acerrimè.

Horum vel ſimilium conſideratio
ſcio nonneminem exclamaſſe, quàm ver
Deus Deus eſt, ſic certa ſunt, quæcunq
præcipit Eccleſia, cui promiſit, dum dix
Apoſtolis Chriſtus: *Ego vobiſcum ſum, om-
nibus diebus uſque ad conſummationẽ ſæculi*
Cœcè hîc, ut ſic dicam procedendum, ne
verba verbis conferenda, aut rimanda

& ſ

& ſi occurrat ſimilis tentatio ad firmam talem Anchoram figenda, confringendi tumentes fluctus, credendo in confuſo, & confugiendo ad generale remedium, & antidotum, fit namque perſæpe (quod bene notent ii, quos priùs fatigârunt ſcrupuli, vel malæ complexionis intemperies, quàm multa legerint:) ut dum tales malè intelligunt, & tamen diſcutiunt; ruinæ fiant proximi. Sic multis ſcandalo fuit Crucis adoratio, quia lignũ ut lignũ, adorandũ credebant. Alii in aliis ceſpitãt, quòd ea ſtatim comprehendere nequeãt.

Et iis quidem, qui pro nihilo quaſi habent terrã deſiderabilẽ, Cœlum nempe, & Beatitudinem, eò quòd non capiant, quanta ſit ſpiritùs ducedo, nec guſtârunt, quã ſuavis ſit Dominus, ſatis ſit conſiderâſſe, & maturiùs perpendiſſe delectationes ſũmas, & inviſas, quas plurimi Tyranni & nequiſſimi hominum habuerunt, & in vita fruiti ſunt, conſidera, quiſquis hîc laboras, hortorum, ciborum delicatiſſimorum apparatum, aliaq; quæ hominem

Iucundum facere poſſũt, ex hoc deſume qualia Deus præparârit diligentibus ſe, ſi talia hoſtibus ſuis hîc tribuit tam abundanter.

De illis, qui, an Deus ſit, nutare incipiunt, arbitror, obviandum illis eſſe innumeris miraculis, & portentis, quæ facta ſunt & etiamnum fiunt ad invocationem Dei, imò ſeipſum talis examinet, an nunquam ex oratione, quam fudit ad Deum, vel Sanctos, reportârit quod petiit, cum advertentia notabili, idque non caſu, ſed divinitùs contigiſſe adverterit: ſed quoniam pauci inveniuntur (inquit Auguſtinus) ut impleatur in eis, quòd ſcriptum eſt: *Dixit inſipiens in corde ſuo non eſt Deus*, ſic ſuperſedendum arbitror. Verùm nemo vel ſubrideat, aut impoſſibile, vel nunquam contingens, maximè in Religioſis dicat; nôrunt Melancholici, ſcrupulis exagitati, aut etiam alii, quid ſcribam.

## *Reformatio per propoſita.*

HUmilis ero in verbis, & factis ad omnes, quia ſuper pauperem & humilem reſpicit Dominus, non ſinens eos cadere in profundum,

2. Feram patienter, quicquid illatum mihi fuerit, ſive famam lædat, ſive confuſionem inducat, recogitans meum periculum, in quo vivo: ad Dei honorem, laudem, & impetrationem gratiæ & luminis Deo offerens, ne obruar aut ſuccumbam.

3. Frequenter in hunc finem preces ad DEUM fundam, ejuſque Sanctos, nominatim Beatiſſimam Virginem MARIAM, quæ ſuccurret afflicto.

4. Nunquam intendam incidentibus tentationibus talibus, ſed allidam ad petram, ad fundamentum, & remedium præſcriptum confugiam, dicendo, Adjuva Domine incredulitatem meam.

5. In loquendo nunquam proferam ſimilia,

ſimilia, quæ tentatio talis ſuggerit, ad o
pugnandum, vel etiam conſulendum, n
coram Superiore & Confeſſario. Sole
hi homines vel præ cordis anguſtia, v
certè captandi conſilii causâ in mediu
proferre ambiguos ſcripturæ ſenſus cir
quos hærent, & premuntur; ſic tamen, u
non advertant alii morbum, niſi fortè la
borent pariter, aut ante laborârint, ſe
malè id faciunt, ſiquidem ubi non con
gruè & fundamentaliter refellitur, en
datur, & diſſolvitur, ſtabiliuntur magis &
intricantur, ſumentes inde tentationis in
crementum, unde ſperabant ejuſmodi ex
hauritionem.

6. Uni ſoli Magiſtro ſpirituali vel Su
periori exponam humiliter, præmiſſ
ſemper aſpiratione, & oratione ad Deum
ut is priùs illuminatus, & præventus me
illuminet; deinde auſcultabo eum cum
omni modeſtia, & humilitate.

7. Crebrò libenter loqui diſcam de
hoc, quòd tam facilè, tam frequenter de-
cipitur ſenſus noſter in rebus agendis, &
dijudicandis. Amen.

GE-

# GEMITUS V.

*Ingemiſcit anima infeſtata impatienti murmure, & blaſphemis in Deum, & Sanctos, cogitationibus.*

DOmine longè amantiſſime vim patior, reſponde pro me: tu, cùm ſis ſpecioſus præ filiis hominum, pius, bonus, & mei amantiſſimus Redemptor, quid eſt, aut quis ille, qui me ſtimulat, ut alium te credam, aliter tecum agam, quàm ſolet cum Patre filius, cum Matre infans? Ah quàm premor, quàm aporior! Introëat, obſecro, gemitus meus in conſpectu tuo, indica mihi cur me ita judices? quid eſt, quòd in te benefactorem meum odio ſtimulor, averſionem ſentïam contra te, qui nutritius meus fuiſti uſque huc? & quid dicam? horret dicere animus & exponere, & non horret eheu rebellis voluntas murmurare, dum flagellas, dum caſtigas, ut filium; ergo vel amove à me plagas tuas, aut da lucem agnoſcendi te Domine, quis tu ſis, ſi verò non exaudis cla-

mantem ad te pro ſolatio, ſed tibi placet addere ſuper vulnerum meorum dolorem, auge & Patientiam, auge & tui in me amorem, ut ſeriò conſiderans, judicia tua & modum, quo tractas filios hominum deſiſtam à murmure. Eſto mihi in Deum Protectorem, & in locum munitum, ut nunquam expugner; fac ô Domine cum tentatione proventum, ut ſuſtinere poſſim. Sic amodò proteſtor coram te, & tota curia cœleſti, me nunquam deliberatè admiſſurum crimen tam enorme cum impatientia & murmure, vel in ore vel in corde quærulando contra te, quaſi minùs paternè, minùs benevolè mecum ageres.

Cor meum tracta, ut vis, verumtamen compeſce voluntatem tibi, & in te rebellem, trahe illud ad te, adhibe violentiam, ne prævaleat inimicus inſidians uſquemodò, hujus amodò renuntio ſuggeſtionibus, quibus me ſtimulat, ut inſurgam contra te, qui creaſti me. Sed aliter Domine cum tua gratia ego optima quæque

ſentiam

entiam de te æquiſſimo & piiſſimo Patre, nec cadere poſſe in te crudelitatem, vel iniquitatem, eſtò flagelles graviter, conſtanter tenebo.

## Reſpondet Chriſtus.

*Conſolans animam hujuſmodi cogitationibus infeſtatam.*

Fili, animæquior eſto, non te conturbent cogitationes cordis tui, nec enim imputabitur tibi ad pœnam, quod non provenit à culpa, vel ſi provenit, non pertinet ad culpam, nec culpa eſt ſentire, ſed ſolùm conſentire ſufficit tibi gratia mea durum eſt, quod pateris, ſed teſta non ſolidatur, niſi in igne, nec ſtabilitur amantis animus, niſi priùs tortus fuerit igne tentationũ. Sufficit mihi, ut reſiſtas; pugnanti dabitur corona; quia qui legitimè certaverit, hic coronabitur.

Iſtud agas, ut dum ſerenioris mentis es, actus amoris elicias iiſdem, quos pateris tentationibus, contrarios. De reliquo committe mihi pugnam, quia pugno

tecum, ita ut tantò ſecurior ſis de vi
ria, quantò ego fortior pro pugna,
defendam te, ſi defenderis me, non c
ſentiendo diabolo, qui te ſtimulat co
me. Exoſculare ergo manum aggr
tam ſuper te, Patris eſt prementis, ſed
opprimentis, premeris, ut non oppri
ris, fræno tibi opus eſt, ne exorbites, r
ego ſuperbiam cordis tui, quod confi
dum eſt timore & tremore, nec te a
ſtet, quod diu tolleres, quod moleſti
ras; tardari videor, ſed mora hæc eſt ad
lutem tuam, nihil te conturbet mo
hic agendi, non agitur tecum incu
sè, ſed multùm amorosè, nec enim me
es, quàm Patres tui, qui omnes ſub n
aliqua tenebroſa fuerunt, & mare m
num tribulationum tranſierunt. Id ha
to ſemper pro ſolatio & bono omine
tranſactâ tribulatione mei flagres a
& deſiderio, dolés, quòd talia paſſus
ris; tunc ingemina identidem replic
voce: *Benedicam Dominum in omni t*
*pore, ſemper laus ejus in ore meo.* Dic d

que

que vexanti te: *vade immunde ſpiritus, eruſce miſer, qualis tu es, talem efficere me conaris, diſcede ſeductor peſſime: JESUS mecum eſt, non tu, Deum adoro, qui pientiſſimè mecum agit,*

## *Obſervatio.*

Eſt hæc præ cæteris tentationibus ferè moleſtiſſima, acciditque ordinariè ex mala corporis cõplexione, deſtructione, & pectoris affectibus, quales ſunt Diph[illegible]a, Orthopnæa, Aſtma, &c. ſimiles morbi, quæ orificium ſtomachi infeſtant nec ſinunt cor dilatari, & ſpiritus hilariores cerebro communicare, quandoque etiam ex ſingulari Dei permiſſione, ut patet in multis Sanctis, qui quò fuerunt ſanctiores, tantò graviores inſultus tulerunt; ſed primis ego ſcribo, non his ultimis quos unctio docebit. Undecunque tamen ptoveniant, communis aſceticorum conſenſus eſt, non debere cum talibus cogitationibus ullo modo diſceptari; contingeret enim, quod viro cordato, qui cum mulie-

muliere garrula, rixoſa & vinolenta c tenderet, qui ſanè nil, niſi & infami & confuſionem reportabit, quiſqui facit; ita cum hac tentatione, ſi reſpon re voluerit, ſi non animam, certè capu cerebrum lædet, & diabolo mater ulteriorem dabit, vel certè ſeipſum in cabit, ut deſperationi proximus ſibi deatur.

Suadendum tamen hiſce pro ſolidi ſpiritu, & ſigno dignoſcendo in tali t tatione, & qualiter ſe habuerint c Deo, an conſenſerint nec ne, ut dum reniori fruuntur intervallo, actus lat amoris, &c. ad Deum depromant, qu niam per talia contraria mens robora tur in melius, ut fortiùs poſteà, & facil reſiſtat.

Signum evidens erit, ſe neutiqu conſenſiſſe tempore tentationis, ſi p tentationem voluntas firma eſt in bon Verùm cavebit, ne tam diu, vel tam tenſa mente inhæreat, ut de novo incid quin potiùs id agendum ſuaviſſimè ſ

pec

pectoris, vel capitis gravedine, aut violentia, ſecus prodeſt intermittere tam frequentes actus, directè tentationi contrarios.

Meminerit ergo, qualiter ſancti Dei homines in hac palæſtra exerciti fuerint, & animæquior erit: quoniam cognoſcet, procedere id ex amore Dei in ſe, qui, quis ſit, quid poſſit, vult explorare, & cautum reddere; Erit ergo humilis, patiens, & propoſita ſibi ſanciet in futurum ſimpliciter, & amorosè cum DEO agendi.

Perſevera ergo mi Frater, in tribulatione cum pace cordis, & humili ſufferentia; à Patre provenit catapotium, qui mederi vult cordi ſaucio, & à Deo fortè plus æquo alienato. Si non Pater eſſet, ſed qualem tibi dæmon depingit, & ſuggerit, dudum conſenſiſſes, dudum inquam, in ſuggerentis laqueis hæreres, nec tale patereris, utpote deputatus forſan ad infernum victima. En ergo pium Patrem, ut talem agnoſce,

agnoſce, quia habes ipſum tui inſpecto-
rem, imò propugnatorem, nec poteſt non
eſſe bonum, quod tibi immittit, aut per-
mittit, ſi tu fueris bonus, & voluntatis
bonæ.

*Ergò ne cede malis, ſed contrà audentior ito.*

Summopere invigilandum iſtis, ut quan-
tùm poſſibile eſt, non fiant, aut ſi ſint,
permaneant nimiùm ſcrupuloſi in hac
materia, potuerunt ſe namq; breviſſimo
tempore irreparabiliter deſtruere, neſcio
enim, quàm mirabilia operetur hæc ten-
tatio in Melancholicis, timent namque
ſemper, & trepidant timore, ubi non eſt
timor, opinantur ſe in averſione, & odio
eſſe erga Deum, & Divos, & non raró in
ſomnis, & in ſomniis illis obveniunt di-
urnæ tales cogitationes tantâ cum im-
preſſione idæarum, tam inquam vivaci-
ter, ut dum vigiles, non ſtatim rejiciunt,
ſe conſenſiſſe credant, cùm nihil minùs
illis placeat, quàm averſio, quàm offenſa
Dei, quam etiam abhorrent.

Ira

Præſtat ergò ſemper pro firmiſſimo tutamine habere regulam illam Theol. ſi poſt tentationem propoſitum, non conſentiendi, ſed potiùs deteſtatio illius perſeverat, eſſe ſignum evidens non adfuiſſe conſenſum.

Hoc dum ſcribo finiens hunc gemitum, recordor me legiſſe accommodatum exemplum in noſtro *Roſel. in prax. ſcrup.* quod proindè tranſcribo. Refert enim ex *Baldello*, fuiſſe virginem quandam Romanam nobilem, quæ quamvis primis annis vitæ innocentiam ſervaverit, & virtutibus ſemper vacaverit, tamen ex naturali melancholia eò devenerit, ut videretur ſibi iraſci ſemper contra Deum & Sanctos Dei, eòſque proſequi peſſimo odio, & blaſphemias omninò turpiſſimas atque graviſſimas in corde ſuo in eos jactare, & mala omnia pro omni occaſione iis velle, & ut videretur ſibi pedibus ipſis velle eos calcare ac terere, cùm ambularet, acubus velle pungere ac transfigere, cùm acu fortè operaretur;

cultris ac gladiis velle diſcindere, cùm a
menſam ſederet, & cibos cultro divid
ret: ventris excrementa, vel in os illis in
gerere, cùm ventrem exoneraret, & al
hujuſmodi: Et ex his omnibus maxima
capiebat moleſtiam, ſeque perpetuis la
chrymis conficiebat, eò quòd ſentiret,
ipſa dicebat, non ſolùm ſibi hæc eſſe
imaginatione aut mente, ſed etiam pe
tingere uſque ad cor, ſeque omnia in co
de admittere, vereque, & verum aſſen
ſum per voluntatem iis præbere, & tam
præterea addebat, cupere ſe omnia oppo
ſita, & velle his omnibus omnem aſſen
ſum negare, non tamen poſſe. Ita ille re
ſolvens ex his circumſtantiis, nullatenu
adfuiſſe conſenſum.

Tentatio ex ſe non eſt adeò difficult
curanda, dummodo æger promptè ſe
quatur dicta medici ſpiritualis, aut obſer
vet puncta ſequentia.

1. Impias has ſuggeſtiones, cogitatio
nes, tentationes, & qualesquales illi fue
rint, ſuas non eſſe reputet, ſed diaboli, a

proinde

proinde contemnat, & hoc credat firmiſſimè.

2. Evidens id boni animi ſignum erit, & ſecuræ conſcientiæ, ſi interrogatus, ſive à ſe, & intra ſeipſum, ſive ab alio, an hæc placeant, reſpondere poſſit minimè; ſic ſalva erit res, nec eſt, quod timeat. Quiſquis autem hîc pugnare, & collato pede, conſcitiſque armis vult congredi, & vim vi repellere, ventos includere, & fulgetrum manibus prehendere conatur, qui verò deſpicit, evadit. Quiſquis aliter reluctari nititur, tandem ſubjacebit. Quod ne fiat], fiat

## *Reformatio per propoſita.*]

1. CAndidè & uni Magiſtro, idque ſtatim ut ſenſero ſuſurrantem malignum ſpiritum, manifeſtabo Magiſtro meo, cujus monita ſequar.

2. Nunquam inhærebo, vel ad momentum diſputando, diſcutiendo, aut ullo modo immorando, ſed contemnam, utpote à maligno ſpiritu profectum.

3. Frequenter uſurpabo aſpiration
his contrarias,ut v. g. *in te Domine erip*
*à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar m*
*rum. Dominus illuminatio mea, & ſalus m*
*&c. Magnus Dominus, & laudabilis n*
*mis; Confitemini Domino quoniam bon*
*&c. Pater meus es tu Deus meus, & o*
*nia. &c.*

5. Ubi dormiendum, vel orandu
&c. nec aſpirationes quidem uſurpabo
iis videro me impediri à ſomno, ſed de
nabo totaliter, projiciamque me in D
providentiam, & pietatem. Item in tu
lam B. V. MARIÆ velut infans in ſinu
matris me recipiam.

## GEMITUS VI.

*Ingemiſcit ob nimias, quas patitur in o-ratione, diſtractiones.*

CONquerar, an ſileam ô JESU dile
votorum meorum? an non iraſci m
hi debeo, quoniam elongatur cor meu
à te, imò cor meum fuit à me, dum id
fig

figere conor in te, in tantùm, ut vix id poſt fugam diuturnam inveniat ſervus tuus? Recordare mei Domine, ignoſce, obſecro, introët in conſpectu tuo gemitus meus, quoniam invitus ſuſtineo, & non in vitus ſolùm, ſed cum magna inſuper afflictione, reminiſcens nonnullas dilectas animas, quibus cor aliud inſeruiſti, pro corde eorum inſtabili, inſere & mihi? auffer ô Domine cor tam durum, tam inſtabile, tam vagum, cor, inquam, tam conturbatum; da cor ſtabile, cor rectum, cor rediens in ſe, quod modò rapitur in tam diverſa, confundor & crucior, recogitans dilectas quaſdam, & tui amoris dulcedine ineſcatas animas, quibus mel & lac eras ſub lingua earum, quando eructabant dulciſſimum Nomen tuum, cantantes, & pſallentes in Choro; & mihi quomodo verteris in abſynthiũ, & nauſeam, ita ut finem orandi tantoperè deſiderem? O bonitas immutabilis, ſiccine immutaris cum mutante ſe, & cum perversè pervertente ſe perverteris? ſi ita eſt

ô Domine! muta me denuò in te ex vag
& fluctuante in conſtantem, & perſeve
rantem, ex malo in bonum, ex perverſo i
Sanctum, ut non diſcedam à te, ne rapi
per invia, & devia viarum; vide Domi
afflictionem meam, & reſpice, quia pr
mor undique & undique. Durum eſt
quod patior, turpe eſt, cui ſubjaceo, im
erubeſco dicere, pudet, inquam, dica
tamen, ſed gemens: vanis nugis & exte
nis dum interdiu occupor, recurru
nuoque, dum ad orandum pergo, & i
quidem incurrunt, ut quaſi tumentes fl
us ſuper me ſentiam, modò, quò
tam, neſcio, urget hinc vocatio, & E
leſiæ obligatio vetans irreverentiam i
Horis, avocant iſthinc phantaſmatu
impetus, & cordis anguſtiæ, capitiſq
volubilitas, & quouſque talis ero, anne
ſenectam, & ſenium uſque? ſiccine vita
tranſigam indevotam? & ſanè, deſtitu
cunctos ars ſua, meq; ſalus, oneroſi ſun
qui conſolantur miſerum, nunc ho
nunc illud remedium ſuggerentes, ſe
fruſt

fruſtrà, nec enim eſt, qui poſſit conſolari animam meam, & levare ſub tanto onere preſſum, niſi tu: pectus ſtringitur, cerebrum obruitur, vires deficiunt, & tu Domine non reſpicies? Ah quando reſpicies? ſiccine me repellis à mandatis tuis.

## Reſpondet Chriſtus

### *gemebundo.*

NOn eſt, cur mecum expoſtules ſuper re iſta, nec enim malorum ego cauſa ſum: ego creavi hominem rectum, & is ſe immiſcuit cogitationibus multis, ita tu quoq; quia paſſiones extirpare neglexiſti, tumidis, iracundis, & turbulentis cogitationibus, negligenter & tardè oppoſuiſti; Hinc factũ, quòd te invenerint mala iſta, hæc avertũt cor tuũ à me, ut vix aſſiſtere, & inſiſtere valeas operi tam ſancto; ſine quo nemo illuminabitur, nemo videbit Deum, imò errabit in via, ambulabit in tenebris, & incidet in laqueos quiſ-

quis ad hoc aſylum mentem non dixeri
Verumtamen id crede, quia non eſt ab
breviata manus Domini; durum eſ
quod pateris, leve id reddet ſpiritus co
tritus & humiliatus, qui laborem non r
fugit; non fugi à te, ſed tu fugiſti à m
redi ad me, & ego revertar ad te, compl
ctens te amoris brachiis: Novi ego ſupe
biam cordis tui, qui ſi flagellum non ſen
tires, magnus eſſes in oculis tuis, tibi ſo
lus ſapiens alios deſpiceres, graderiſqu
cum filiis Bel[illegible] eo factus es miſer, &
miſerabilis, [illegible] iàm fere omnes, qu
buſcum vivis. [illegible] umiliare itaque, ve
nunc ſaltem ſub potenti manu Dei, &
imperfectum tuum videant oculis tu
ſic cedat tibi in bonum, quod modò ap
prehendis ut malum: malum enim no
eſt, quòd non facit voluntas mala. Si
tibi voluntas bona, & ecce dilig[illegible]nt
Deum, omnia cooperantur in bonum,
rumores, quos tam avidè excipis de ho
vel illó negotio, perſona & re, te non
concernente, arce ab auribus, in loquen
do ne

dò ne effundas ita cor tuum, ſic enim effundis & ſpiritum devotionis per riſum & ineptam lætitiam : mentem ſerva tranquillam ab omni paſſione, & turbatione, vel affectu inordinato, ſecus, parùm te adjuvabit ſolitudo corporis; conſultum tibi foret, ut vel ſeriò conſideres, quàm indiſpoſitum, & ineptum te hactenus ſenſeris poſt colloquia, & multos ſermones. Certè os tuum condemnabit te; ſi unquam guſtaſti, quàm ſuavis ſit Dominus, & quid eſt, quod modò tam modicè conêris eundem tibi reddere familiarem? ſi opera in te non feciſſem, plùs quàm vanæ omnes & falſæ, ac ſteriles creaturæ, & corporales recreatiunculæ, non eſſet, unde te tam culpabilem dicerem.

An putas tu, quòd intrare debeam ad te, qui adeò fugis à me, abiens poſt veſtigia gregum tuorum paſcens, & paſtus paſſionibus, commoditatibus, & terrenis affectibus? non ita, nec etenim poteſt vinum novũ mitti in uteres veteres, id eſt

 devotio-

devotionis gratia in cor impurum. Circumſpectiorem itaque te eſſe oportet, lingua cæteriſq; ſenſibus, & dum loqueris hominibus, mei quoque oportet, ſis memor, dumque aures præbes loquentibus, unam quoque mihi reſerves, ut audias, quid loquar ad te, qui nunquam diſcedam à te, ſi talis fueris, qualem te cupio, & eſſe debere dico.

## *Obſervatio.*

VArii varias aſſignant diſtractionum cauſas, ego unam, alteramve frequentiùs contingentem allegabo.

Prima eſt, quòd homo negligens ſit in cuſtodiendis ſenſibus, nominatim verò in oris effuſione, tales enim nunquam poterunt in oratione ſtabilem retinere mentem, occurrit enim, quod priùs effuderant. Molendinum eſt cor noſtrum, quale infundis frumentum, talem reddit farinam. Hiſce hominibus emortuus eſt appetitus orandi, & meditandi, qui tamen non raró inſenſibilitatem interiorem

rem, Divinam probationem exiſtimant, quæ illos exerceat, cùm ſit mera ſpiritûs tepeditas. His ex una parte prodeſſet flagellum Domini, ut adverſitates, & afflictiones ſpiritûs paterentur, quibus compellerentur ad Dominum & orationem: nauſeant enim ſuper cibo iſto ſuaviſſimo, qui ſi infirmitate, maximè verò internis anguſtiis multùm pulſarentur, quærerent Deum; docent enim, quæ nocent, & erudiunt, quæ affligunt. Sermo mihi eſt de hominibus, qui cæteroquin non ſunt in ſtatu graviter peccaminoſo; de his enim fruſtrà eſt, hic non acquirent, quouſque deponant ſarcinam, niſi fortè (quod quandoque fit,) illis Deus aliquantiſper ideo, ut alliciat, communicet hanc dulcedinem.

De tepidis ergo loquendum modò; quibus profectò multùm timendum, in hoc ſtatu, ſive habeant talem dulcedinem ſive non, plùs tamen, ſi haberent, tunc namq; timendum, ne à dæmone profectū eſſet,

eſſet, eritque ſignum evidens à dæmo
procedere, ſi tales capitoſi, refractar
amoris proprii, ſuæquè ſententiæ ſint t
naces, ſibi ſolùm ſapientes nullius con
lium auſcultant, imò ſe jactant de t
favore, poteſt enim & dæmon tam in
gnem homini inſerere dulcœdinem,
promptitudinem ad orandum, ut arde
tiſſimis divini amoris flammis eos crem
ri credas: ſecurus hîc pertranſit humi
corde. Si non habent devotionis dulc
dinem, certum eſt, quòd cauſa ſit teped
tas & negligentia in ſpiritualibus: vult p
ger & non vult, reformidant laborem, &
ſic hærent nunquam proficientes: cibu
& potum ſumunt, non ex neceſſitate, ſe
delectatione injurgitantes ſe, quouſqu
ſatietur appetitus, & cùm veriſſimu
ſit, quòd plenus venter non oret libe
ter, corpus, quod ſic eſt repletum, aggr
vat animam, & deprimit ſenſum mult
cogitantem. Alii ſunt, qui tribulationi-
bus præviis, ſcrupulis, vel aliis inter-
nis anguſtiis læſerunt caput, aut

ſtudio

ſtudio certè nimio fatigârunt, ita ut phantaſiam uni rei diu affigere nequeant ſine ulteriori cerebri læſione. His conſolandis conſulo primò, ut nequaquam admittant pro ſe ſententiam illam, peccari mortaliter in horis per diſtractionem etiam voluntariam, quoniam ut Cajetanus inquit, vix poſſibile eſt, quod in hac materia poſſit homo timoratus peccare mortaliter; ſic dico & ratiocinor, vel eſt ita diſtractus, ut patiatur difficultatem in retinendo phantaſiam, quæ ſi magna eſt, tollit peccatum omninò, *quod enim multùm difficile eſt, moraliter reputatur impoſſibile*, juxta Regulam Juris: ad impoſſibile verò nemo tenetur ſub peccato: vel patiuntur aliquam difficultatem, & tunc certè excuſabuntur à mortali. Qui ſeriò expenderit ſingula illius Cap. *Dolentes*, reperiet, ſanè aliter, quàm multi modò apprehendunt; magnus tunc fuit abuſus in Horis, magna proinde pœna ſtatuenda fuerat, & ſeverum præceptum. Verumtamen non omnibus ea lex tam ſeverè poſita eſt. (ah! uti-

nam experti rem eſſent, de qua ſcribo, qui generaliter omnes damnare videntur mortalis, voluntariè diſtractos, credo quòd exciperent quoſdam) & re benè perſpectâ, non dici poteſt in his omnibus voluntarium, cùm patiantur vim, imò non rarò periculum inſaniæ, vel certè gravis læſionis; unde inepti redduntur. Sequantur ergo tutò ſententiam benigniorem, imò ſequi tenentur, juxta Roſell. *in praxi ſcrupul.* qui ut clavum clavo truдат, durè minatur; ni ſequantur ſententiam affirmantem non eſſe mortale, voluntariam diſtractionem; ſiquidem grave capitis nocumentum timeatur; legant illis noſter Valerius *in utroque foro* verbo *Horæ*, & haurient ſolamen.

Timeant illi, qui ad ſaturitatem uſque ſe ingurgitant edentes, & bibentes, & in bonis ducentes dies ſuos, poſt habent Breviarium, & Divina. Legant hi Cap. *Dolentes*: hos namque tangit ſpeciatim.

Adſtipulantur ſanè omnes, ut tales conſolentur, quotquot (quorum multi ſunt

ſunt)ſuadent melancholicos, vel capitis gravedine vexatos, non rectè diu orationibus inſiſtere: hos certè ſi conſulerent, ſentirent faventes, & patronos; faciant ergo, quod ſuggero, cum aliis fortè non paucis: liberam omninò mentem ſervantes ſuaviter conentur. Primum cujuſque verſiculi verſum quaſi apprehendere, & in memoriam rejicere, vel habeant in promptu aliquam ſententiam S. Scripturæ, vel quidquid demum id ſit, dummodo pium ſit. v.g. cum S. Franciſco: *Deus meus, & omnia*, vel cum Pſalmiſta David: *Reſpice in me, & miſerere mei*, &c. quod identidem repetant in mente, nec attendant occurrentes diſtractiones, multò minus è Diametro ſe opponant, & reſiſtant, hoc enim facientes, ſe mox fatigabunt, & ad anguſtiam, & anxietatem redigent; occuparentur enim continuò in iſtis oppugnandis, & ſic minùs devotè peragerent, quàm ſi voluntariè etiam ſinerent irrumpere. Eſt quidem moleſtia magna, & labor ingens vix unico momento (ſic enim non

paucis

paucis contingit ) uni cogitationi delibe-
ratè, & continuatim poſſe inſiſtere, ni-
fortè ſuâpte incidant non advertenti, &
quod miſerabilius eſt, non rarò motibu-
iræ, impatientiæ, ſuſpicionum, &c. Qu-
homini bono nimiùm ſunt moleſtæ, exa-
gitari, qui tamen ſicut uni Deo mallet ad-
hærere, animumque ad divina applicare
ita nihil minus valet. Sufficiet ergò crebr-
per aſpirationes mentem ad Deum levare
eſto non adhæreãt diu, de reliquo patien-
tia, quâ cùm ſuſtinet afflictionem, erit De-
pro holocauſto longè gratiſſimo.

## *Reformatio per propoſita, ſi ex tepiditate proveniunt.*

1. OMni modo conabor reformare ſpi-
ritum, quoniam in via Dei non pro-
ficere, eſt deficere, idque per frequente-
lectionem, de quatuor noviſſimis, ut ve-
ſic configatur timore caro mea, quæ ſpiri-
tum ſupprimit.

2. In cibo & potu nunquam exce-
dam.

3. Scurrilitates, & diſſolutionem morum evitabo.

4. Conatum adhibebo, ut id, quod oro, cum attentione & conſideratione aliqua orem.

5. Sine præparatione prævia non facilè accedam ad orandum.

6. Examen conſcientiæ frequenter & breviter faciam, ad intus me revocando, uno alterove ſuſpirio concludens.

7. Affectum aliquem, vel magis huic congruum, vel magis affectuoſum aſſiduè exprimam.

In omnibus actionibus, maximè in loquendo conſideratiùs ſolitò procedam.

NB. Vis hîc inferenda eſt, ut conſuetudinem hanc extirpet, naturamque in varia vagantem vinciat: ſic illi Deus dulceſcet, & quotidiè ſe robuſtior evadet, ſecus credat firmiter, uti & teſtantur Aſcetici, & ipſa experientia, ſe quotidie deteriorem futurum. Legatur Caſſianus de hac materia.

## *Reformatio*

### *Per propoſita ſi ob capitis, & cerebri læſionem, non poteſt inſiſtere.*

1. CUm in omnibus, tum vel maxi hic ſequar Regulas Confeſſarii, Superioris, vel Patris ſpiritualis, ſec expoſitus ero, vel inſaniæ, vel deſpe tioni.

2. Supplebo apud DEUM per ſpirit humilem & humiles actus,

3. Conſiderabo mentem Eccleſiæ, tens epicheia, quæ reverà non requi gravem ad hoc, & ſub gravi peccato ta tam induſtriam, quæ cum tanta miſe conſiſtit, quàm proinde abſit, ut taci quaſi crudelem, aut indiſcretam creda

4. Intentionem ſerviendi Deo fr quenter renovabo.

5. Deſiſtam à lectione Caſiſtarum ca præſentem materiam, ſed benignio bus ſententiis acquieſcens, virtutibus ( poſito hoc timore, & anxietatibus) int dam. *In veritate enim didici, nihil æquè*

*ſ*ax *eſſe ad gratiam promerendam, retinendam, & recuperandam, quàm ſi omni tempore coram Deo inveniaris non altum ſapere, ſed timere*, inquit Bernardus ſerm. 54. in Cant.

## GEMITUS VII.

### *Quòd impuris ſtimulis agitetur.*

O Domine qui paſceris inter lilia, & inter animas caſtas inhabitas, attende directionem infirmitatis meæ. Concupiſcit enim caro adversùm Spiritum, urgeor, uror impuris ignibus, & fas non eſt dicere, vel coram te, quæ patior (qui puritas es, & puritatis amans; ſpeculum ſine macula, fons puritatis) proloqui. Imago tua cùm ſim, volutor in cœno ſæviente hoſte domeſtico, qui tantò crudelior, quantò blandior, malum pro bono reddens, quem dum paſco, is contra me ſe erigit, quem cùm foveo, crudeliter ſe armat contra me, impugnans uſque ad diviſionem Spiritus à te DEO meo. Et quis me liberabit de vinculo impro-

improperii hujus? quouſque colaphiza-
tem ſentiam ? Confuſione plenus, reple-
tus ignominiâ, indignus, qui te ſuſcipiam
in cor meum tam fœdum , tam immun-
dum ? miſer ego, quis me liberabit de ho-
ſte tam valido ? quis alligabit ? Quis vul-
nera ſanabit tam ſæva, tam hiulcantia ? (
Cuſtos hominum amantiſſime, quare m
ponis contrarium tibi ; ſed quid dicam
aut quid reſpondebit mihi,cùm ipſe fece-
rim ? Ita eſt Domine, ego feci, meæ incu-
riæ, meæ negligentiæ intromiſerunt ho-
ſtem, & cum intromiſſo ſæpe pacem fa-
ciunt & paciſcuntur,contentæ, ſi non op-
primat,ſi non occidat per conſenſum ; ſed
reſpice humilitatem meam & difficulta-
tem,quam patior,quoniam amodò factus
ſum ipſemet mihi gravis,mihique contra-
rius, avertere cupio , & extinguere nitor
flammam,ſed fruſtrà,reaccenditur,recur-
rit uſque decies & ampliùs. Placare, ob-
ſecro,Domine,& converte me ad te, per
cordis munditiem. non abſcondas faciem
tuam à me , qui ut mundares me , non
aver-

avertiſti faciem tuam ab increpantibus & conſpuentibus in te. Quis enim ego, aut quæ fortitudo mea, ut reſiſtam hoſti tam furenti, tam frequenter inſultanti, vix mentem ſubit cogitatio, & inflatur corpus animale, inſuper undique inſidiæ, ubique laquei, inquinatæ ſunt viæ meæ in omni tempore, & quomodo apparebo ante faciem tuam? Mundiſſime Fili Virginis, ne ſis mihi formidini Deus meus, in te refugium meum, qui dominaris poteſtati maris, & motum fluctuum ejus tu mitigas, mitiga dolores, tolle angores, auffer labores, Deus fortis & potens, audi ejulatum pupilli afflicti tui, porrige manum, & extrahe me de profundo, de lacu miſeriæ, & de luto fæcis, ut ſancta tractem *ſanctè & purè.*

## Reſpondet Chriſtus

*Afflicto præ impuritatibus & ingruentibus carnis tentationibus.*

SUfficit tibi gratia mea fili, virtus in infirmitate perficitur, & obſcœnis inſulti-

bus

bus roboratur ; necdum ad ſanguinem uſque reſtitiſti , his immunditiis animus mundatur,& evadit purior, ſi tamen perſeverit repugnando oppugnanti: nec peccatum reputatur, quod voluntas non receptaverit ; plures pluribus annis impugnati, ſed dum non expugnati, evasêre puriores, talem te cupio; hi funiculi, hi ſtimuli ſunt, quibus impelleris, ut vel invitus humilia ſecteris, & ad me confugias orando, gemendo : Circumſpectum te cupio in ſenſibus, nec enim ſecurus eris, quamdiu carne hâc circumdatus es , minimis datis occaſionibus ſeſe offerent hi ſtimuli incautum aggreſſuri, ſi fortè murum conſcendere ſinantur, & irrepere, rationem obſcurabunt, & voluntatem, ſi poſſunt, propellent omni modo ad conſenſum. Quare ſedulò tibi invigilandum , reſiſtendum fortiter, fores occudendæ firmiter; quod reliquum eſt, ſi nolenti irruant improviſò, non ideo timendum quaſi de Victoria ab ipſis reportatâ , quamdiu diſplicent, ſalva res eſt. Ut aviculæ ſuper caput volitent,

&

& levi ſtercore illud aſpergant, vix prohibere poteris, benè autē ut non nidificent. Pari hîc modo: Abiguntur frequentiùs, dum non intendis, dum non reſpondes, ſed à memoria arces, aut ſi jam irrepſerunt, expellis protinus, quàm ſi adhibeas multa remedia alia. Tu ſolus non es, qui iſta pateris, imò vix ullus eſt, etiamſi eximiâ polleat ſanctitate & perfectione, cui non incidant impuræ cogitationes. Verùm in hominis arbitrio poſitum eſt, vel reſpuere, vel aſſentiri; quare ne deficias ſperans, & orans, ſimul libertas reſiſtendi penes te eſt, gratia quoque mea non deerit. Tui modò muneris eſt, pugnare his armis, ne vincaris, impoſſibile eſt ſine pugna victoria, nec quiſquam cor mundum retinebit feriando, aſſiduè te oportet ſtare ſuper cuſtodiam cordis tui: qui enim recuſat eſſe cautus, nec caſtus erit. Otioſus in hac excubia nemo eſt, qui non & vitioſus ſit. Subeant mentem judicii auſteritas pœnarum infernalium acerbitas, præ-

miorum

miorum immenſitas, & fies ad pugna-
dum audacior, parva eſt & ad horam vo-
luptas, non item pœna, perire incipit, q
non identidem reſiſtit his, aut ſimilib
armis.

### *Obſervatio.*

FRequenter nimis accidit Dei ſervis i
hæc tentatio, quia hoſtis intra & ext
nos eſt, facilè corpus accenditur, ſi obj
ctum aliquod conceperit phantaſia, in q
proinde ſedulò cavendum, ne vel irrep
vel dum in illa irrepſerit, protinus exp
latur: Haud aliter ſe phantaſia habet a
corpus, quàm ignis ad ſtipulam, quam
ſi contigerit, protinus accendit: pari mo
do eheu! experimur, quod ubi imagina
tio figuram obſcœni conceperit, protinu
concupiſcentia inflammatur tam arden
ter, ut non rarò voluntas vacillare inc
piat præ ardore libidinis, hinc poſtea i
homine bonæ voluntatis, anxietas & an
guſtia, timente, ne conſenſerit, eò quo
admiſerit has fœdas ſuggeſtiones; veru

tamen ſemper obſervandum ex communi DD. ſenſu, nunquam committi peccatum lethale ſine plena advertentia, & objecti aliquali cognitione; quod præſertim locum habet in iis, qui aliàs contrariam habent voluntatem ad peccandum, ſecus in iis, quorum voluntas continuò ad malum pendet; parati hic, & nunc, ſi eſſet occaſio, peccare, in his credo non tam plenam malitiæ cognitionem requiri, quin peccent mortiferè, de his ergo reticendum, & de Religioſis ſermocinandum.

Tranſactâ itaq; tentatione, urget ſcrupulus, ne fortè conſenſerint, torquent ſe examinando ſingula, qualiter inceſſerint, quomodo ſe in ea geſſerint, idque nonnunquam faciunt tam intensè, ut in una tali diſcuſſione non parùm ſe crucient, & caput fatigent, ſique id frequenter faciunt, lædent cerebrum; ideoque minimè ſuadendum, aut ullatenus permittendum, ut ultrà unum Pater & Ave, maximè ſi ſcrupuloſi ſunt, diſcutiant, & ſi manent dubii, adhuc pro ipſis ſtandum eſt in dubio

non pro peccati aſſenſu; Conſtat nam
quod quo diutiùs inveſtigant, tantò
diùs involvuntur & intricantur, ut
longum examen magis ſint ancipites, a
& obtenebrati, quàm initio. Qua
deprehendant contrariam, & ante,
poſt tentationem ſe habere voluntat
& diſplicentiam potiùs, quàm rei ſ
complacentiam, tutò credant, ſe
conſenſiſſe, eſtò perſeveret dubium. Q
enim? ſi in genere hanc regulam ſtatu
D.D. de hominibus minimè ſcrupulo
quid de ſcrupuloſis dicendum? Et
quis credet uno, eodemque horæ q
drante ex filio Dei, ex homine in ſtatu
tiæ conſtituto, effici mancipium dæ
nis, tam latenter, tam ſubreptitiè, u
hoc dubitet, & anxius ſit? nec evi
quod omnis peccati, etiam læthiferi c
ſenſus fiat in momento; nam eſto id ſi
rum, præcedit tamen diſpoſitio ſat
go temporis tractu in homine vel in
cæ etiam pietatis. Aliud concedat
de iis, qui quaſi aquam bibunt iniq

tem. Legatur R. P. Roſel. Carthuſ. in *ſuis praxibus* de præſenti materia, & conſolationem recipiet. Verùm non offendat pedem in eo, quod ſcribit, ſurgendum è lecto, ingruente gravi tentatione propellente ad conſenſum, ſed cum ſale accipiat, ſciens id intelligendum de iis, qui ſe frequenter norunt lapſos, niſi id egerint; tunc autem ſolùm judicari ſciat, probabile periculum conſensûs, inquit Pelizarius fol. mihi 404. quando quis eſt expertus in ſimilibus occaſionibus ſe ſemper peccâſſe mortaliter, deliberatè conſentiendo. Nequaquàm ergò practicandum, imò à Superioribus præcipiendum, ne id faciant. Deus bone! quis hic non locus foret dœmoni, qui tunc vel maximè infeſtaret, ſciens facilè deſtruendum hominẽ, ſi à ſomno impedire poſſet, & vel maximè Religioſos noctu excubias Domini agentes. *Durum hoc foret*, inquit Tamburinus *in lib. de* 10. *Præcept. nec credendum à Deo tale onus imponi, ut cogatur è lecto ſurgere, & ſe v.g. percutere, flagellare, &c.*

Timeant tamen circa hanc materi
Religioſi irreligioſi, quibus magis curæ
ſanitas, quàm ſanctitas, corpus quàm a
ma, qui ad leviſſimam pulicis punctu
ſe protinus impudicè conſpiciunt, ad
nimam moleſtiam ſe turpiter contrecta
O Religioſum verè irreligioſum, & im
dicum! neſcis, quia Deus adeſt; & Vi
puriſſima, & Angelus Cuſtos te con
ciunt? à Judæis diſce, his, ut in eo
Dalmuth legitur, inhibetur ne unqua
in medio cubiculi, ſed ad latus exuant, d
ſe exuunt, ut & luci abſcondant, quæ n
tura vult abſcondi. Graviſſimè nos R
gioſi objurgandi, qui & voto obſtrin
mur, & ad Angelicam puritatem a
quendam tendere obligamur.

Sed obtendunt illi conſervandæ ſani
tis obligationem, ignorantes, vel certè ſ
re nolentes, tot ſanctarum Mulierum,
omnium qui caſtè & piè vixerunt exemp
de Pio V. Pont. Max: verè pio referu
quòd mori potiùs elegerit, alioquin fo
curandus, quàm ut ſanandæ partis ſecre

copi

copiam fecerit Medicis, quòd hic in hoc, & innumeri alii Sancti in aliis ſimilibus egerunt, imò ut confundantur magis tales (quia reverà magis confundendi quàm oppugnandi ſunt hujuſmodi) videntes pretioſitatem hujus gemmæ, ſciant Religioſum obligatum cæteroquin ad obediendum in omnibus citra peccatum, non poſſe juxta DD. adigi, ſed præcepto obedientiæ adnudandum ſe, & curandas partes ſecretas, nec teneri obedire. Item Virginem ob ſolam integritatem corporalem ſervandam, poſſe ſe certo mortis periculo objicere: Videatur Laymannus, Eſcob. Turianus, & alii &c.

De his hominibus, qui innocentioris vitæ ſemper fuerunt, id auſim dicere, non tantò multum periculi ineſſe, dum ad Religionem venientes nihil adhuc ſciunt, aut ſi quid advertunt præ pudore manifeſtare negligunt ſummoperè his attendendum; natura neq; eheu! depravata non feriatur, cumque inditum nobis ſit, & naturale delectari, periculoſum eſt, & nonnunquam

incautè admittitur error ab iſtis ſat en mis contra caſtitatem, qui licet ante ma tiæ agnitionem non tam graviter iis imp tetur; ſunt tamē omni modo præmuni di & admonendi, ut fideliſſimè ſeſe exp cent, ſomnia etiam ab illis expiſcan ne fortaſsè pudore præpediti taceant n tacenda; re compertâ protinus cum h rore tamen quodam demonſtranda v hujus abſurditas, beſtiis communis, D offenſa, æternæ felicitatis amiſſio, pœn que incurſio, &c.

Contingit circa iſtos, quod eò, qu objectum non habeant, utpote cuſto hactenus ab hac fœditate ſurgentibus m tibus carnis, & cæteris, quæ ſubticeo, d ſe natura exonerat, ipſi ſibi eadem interd repræſentent, ſic phantaſia concepto q igne carnem ſuccendit ad libidinem, u niſi præmoniti, ſtatim diſcant elidere, m gno eis damno eſſe poterit. Imò non ra fortiùs ad conſenſum impelluntur, qu alii, qui multis etiam annis jacuerunt his ſordibus. Nihil ergò conſultiùs, qu

ut eis remonſtretur abſurditas &c. ut ſuprà dictum. Quâ veritate ſemel agnitâ, voluntas ad deteſtandum flectenda; declinando omnimodo; declinando dico: eſtò namque inſurgant millies, non erit opus ſemper poſitivè reſiſtere maximè ſub oratione? vel comprimere argumentis contrariis, aut externis caſtigationibus, voluntas ſolummodò dicat ſimpliciter, nolo Deum offendere, nolo conſentire huic carni peſſimæ volenti animam pertrahere ad gehennam &c. De reliquo pergant in eo, quod habent præ manibus, & tentatio erit eis in meritum, ita monet Laymannus Confeſſarios; ita probat experientia, cum in omnibus, tùm vel maximè in iſtis.

Et licet penè omnia vitia repugnando expugnentur, & ſtrenui militis ſit pugnare, non fugere, nullatenus tamen in hoc bello pugnandum, ſed protinus vel ad conſpectum hoſtis fugiendum: ſicut agit vir cordatus cum muliere nequam, cui certè dedecus foret, ſi cum provo-

cante ſe congrederetur armis, imò ſi id
ceret; ſi eam proſterneret, ab omnibus
rideretur, omnes in ſe concitaret; pari m
do in hoc conflictu.

## *Reformatio per propoſita.*

1. FRequenter cùm omnia, tum nomi
tim illud vitium deteſtabor, præ
tim manè & veſperè, utpote quòd a
mam fœdet, & cor templum Spiritùs ſa
cti violet, & lupanar efficiat.

2. Primas cogitationes protinus exc
dam, & ne irrepant, otium vitabo, hu
turpitudinis fomitem.

3. Dum motus inſurgunt, alapam m
hi infligam, præſertim in oratione, dice
*colaphizet te Deus, non diabolus.*

4. Speciales orationes ad hoc habe
in promptu, uti ſunt, *Virgo ſingularis, int*
*omnes mitis, nos culpis ſolutos, mites fac*
*caſtos.*

5. Senſuum portas diligenter cuſto
diam, nominatim viſum & tactum, beſtia
rum tactus, & quicquid incendit, vitab

6. Conſiderabo fœditatem carnis, brevî futurum in cadaver ſcatens vermibus, bufonibus, ſerpentibus, hoccine concupiſcis, huccine adhinnis caro?

7. Cibum potumque moderatè ſumam, utpote incentiva hujus ſceleris, ſi intemperanter uſurpantur.

8. Cùm de fide ſit, quòd caro & ſanguis Regnum Dei non poſſidebunt; infernales pœnas mihi præfigam, eaſque frequenter meditabor.

## GEMITUS VIII.

*Quòd Melancholiâ vexetur.*

NEMO mea vota, gemitus & ſuſpiria novit, niſi tu Deus, cordium ſcrutator, quantis obruar fluctibus, quantis premar anguſtiis: tibi ſe pandit cor meum Deus meus. Vide Domine afflictionem meam, & erue me; Ah ſi ſic mihi futurum erat ut quid profuit, vixiſſe in clauſtro inter tot Spiritûs anguſtias? & quid moror?

Conquerar, an ſileam? juſtas habet ira querelas, tu, qui noſti corda omnium, &

ſcis priuſquàm fiant, quid eſt, quod mo
confuſio operiat faciem meam, cæteris
te ſperantibus & gaudentibus: ſiquid
tœdet animam meam vitæ meæ præ t
ſtita; mille Ideæ mentem exagitant, n
ſinor vivere in jucunditate cum ſer
tuis; faſtidium generant meditatio,
omnia exercitia ſpiritualia; tolle qu
animam meam; nec enim vivere pot
in his conflictibus, ſiccine ego, qui pr
conſolabar alios, in omnibus promp
& alacer, amodò reptabo in imis, lab
rans inaniter, quaſi aërem verberans,
ctus andabata, qui prius antepilanus
ram: dejicitur in me Spiritus præ mœr
re animi; attende Domine dejectione
meæ infirmitatis, & ſi quid potes, po
autem omnia, adjuva imbecillitate
meam: Ergone complexioni ſerviet Sp
ritus, anima corpori, tu qui nôſti Do
ne quòd:

*Mens bona cùm cupiat, facit id tamen*
*quod odit.*
*In lachrymis ſervit, proſequiturq; gra*

Et aggravata eſt inſuper auris tua, ut non exaudias me pro hac afflictione mea, qui tam diu exſpectans exſpectavi, ſcio quidem quia juſtus es Domine in omnibus viis tuis, & quæcunque mihi evenire permittis, juſto judicio facias, quia non iniquus es, qui iram infers, video, quia caſtigas me in judicio, ne mihi videar innoxius, ne elevetur cor meum ſuper fratres meos, quos indiſcretus, quaſi imprudentes & minùs ſapientes taxabam, confundens ſimplices, & judicans malè innoxios, ſed & id non ignoro, quia grande tibi non eſt, ut conſoleris me, & ſi fortaſſis nubem tibi oppoſuit iniquitas mea, ne tranſeat ad te oratio mea: Ecce paratum cor meum, modò humiliari ſub potenti manu tua, nec dicam ultrà quod mundum ſit cor meum, non ſapiam plùs quàm oportet, quin potiùs verebor omnia opera mea tantummodò auxiliare afflicto, ne contriſter ſicut & cæteri, qui ſpem non habent, aut nimiâ cordis anguſtiâ conſtricti impatientes

in tribulationibus clamant, recede à n
bis; da delicti mei veniam, da ſpem &
duciam, ut relevatus Spiritus in corpus
fundat gaudium exuberans. Dedit O D
mine, dedit jam vexatio intellectum, c
ſent, nec ultrà me teneant torſiones,
dolores; En agnoſco plagam cordis m
cum metu, & reverentia, confitens juſt
eſſe, ſubditum eſſe Deo. Oſtende luc
miſerationum tuarum, reduc me de aby
tenebrarum, juſtitiæ & mœroris, ne ul
contenebreſcat cerebrum præ multitu
ne & impetu phantaſmatum.

## Reſpondet Chriſtus

*Afflicto.*

NOnne ſi malè egeris, peccatum tu
præ foribus eſt? quid te impedit, q
minùs mihi ſervias cum jucunditate co
dis, quàm imperfectio tua, quia incur
tum eſt cor tuum, nec confidis in me? l
tus eſſe deſideras, ſed non ſecundùm f
ciem Sanctorum: frui vis temporali g
dio, ſed non ſic: intrare te oportet in gl
rian

riam, per multas tribulationes, & tentationes: Et tantò magis compellendus; quantò te magis erigis contra voluntatem Divinam. O ſi tu obedires ſimpliciter tuis à Deo ordinatis Superioribus, nec alienis occupareris cogitationibus, & actionibus; quam facilè alleviaretur pondus, quod te premit, hæc eſt conditio omnium filiorum Adæ, qui gradiuntur itinere ſuo, ambulantes juxta voluntatem cordis ſui, non item filiorum Dei, qui nihil minus, quàm ſuam exequuntur voluntatem.

Deeſt tibi inſuper ſancta ſimplicitas, ſuſpicionibus nimiùm es intentus, hinc oppletur cor tuum inducens melancholiam, radicem peſſimam, & multorum vitiorum matrem, quam ſi arcere cupis, aut expellere, erige mentem ad æterna, diſce facere voluntatem alterius, mentem inflecte, renitentiam compeſce; ſic tibi mens tua ſecura erit, quaſi juge convivium; ſic fruêris pace optata, nec tibi, nec aliis exiſtes moleſtus, otium præterea devita, & potiùs mentem indeſinenter ad ſaniora

applica, præſertim ex obedientia ſuſc-
ptas operationes, ita tamen, ut facias
cum intenſione aliqua, & ſimul cum j-
cunditate, quod ſanè difficile tibi no
erit, ubi expenderis & meritum inde hau-
riendum, & conformitatem cum divin
voluntate quam ego 33. annis exultans, u
Gigas ad currendam viam mandatoru
Patris mei, & operandam ſalutem tua
explevi: ſed cautum te volo, ne miſcea-
ris cum ſcurriliter agentibus ad relevan-
dum mentis mœrorem, qui error uti mul-
torum eſt, ita à dæmone profectus ple-
rumque peior eſt, quàm ipſa triſtitia, pro-
inde cavendus, utpote qui magis elonga
à me. Lætificet te potiùs vitæ futuræ fœ-
licitas, gaudiorū immenſitas quam præ-
paro diligenti tibi; non tamen te ſcandali-
zet gaudium multorum, nec enim ſem-
per id verum eſt gaudium, ſufficit tibi
teſtimonium internum, quòd conſcien-
tia te non arguat, & voluntas propria non
regnet in te; volentes namque gaude
forinſecus, facilè evaneſcunt, quia radi-
cem

rem non habent ſecuræ conſcientiæ. Sic è contra dicitur, *non contriſtabit juſtum, quidquid ei acciderit*; modò conſidera, an juſtus ſis, an rectè ambules, an non te vincat amor proprius mentis invidia, appetitus honoris, prava de aliis ſuſpicio, hæc enim ſunt, quæ impediunt cordis pacem, nec unquam jucundé vives, ſi ſecundùm carnem vivis, & amorem proprium.

## *Obſervatio.*

PLures ſunt triſtitiæ, & mœroris cauſæ, quas longum eſſet enumerare. Undecunque oriatur hæc triſtitia, multorum malorum tam animæ, quàm corporis radix eſt, miſeram animam trahens ad ſcrupulos, ſuſpiciones, furores, & odia, innumerarum ferè tentationum fomes, iis, quibus ex mala complexionis intemperie, vel certè deſtructione aliqua, & læſione pectoris, id malum accidit, mederi, ſi poſſum conabor, vel ne fiat, impedire tentabo.

Sum-

Summoperè cavendum, tantò ma
quidem in junioribus, quantò minùs
dexteri ad arcendas cogitationes, vel e
pellendas, vel diſcernendos ſpiritus. Hi
primò omnium attendendum, circa qu
verſentur eorum cogitationes, maxim
NB. Tempore ſomni : recurrent enim
quæ interdiu voluerunt, ibique dæmo
plùs allaborat, ut detineat incautos.

Secundò quærendum an fortaſsè n
mio affectu, aut metu trahantur ad al
quam actionem, qualis qualis illa ſit, n
quaquam eſt concedenda, præſertim ſi
cum intenſa quadam mentis cogitatio
& continua.

Tertiò : contingit in novellis, ut cu
rere velint in via Dei, quibus frænum inj
ciendum, ne præcipites agantur, ita com
pertum in pluribus, qui Dei excubias d
nocte agunt, ut poſt Matutinas in Eccle
ſia ſolutas, ipſi perſtiterint in oratione, &
cæleſtium meditatione, ſed docuit eff
ctus, quales effecti, qualiter deſtructi in
corpore, vel capite, priuſquam res inno
tuit.

tuit. Horum ergo duo ſunt genera, vel ſunt optimæ indolis, tractabiles ut cera, prompti ad omnem obedientiam, & hi facilè amoventur, dummodo innoteſcat ſecreta actio. Alii ſagacioris ingenii, vel certè aſtutioris indolis ad paſſiones & judicia temeraria proclives, hi difficiliùs amoventur, ita ut acquieſcant totaliter, quouſque experiantur inobedientiam in deſtructione capitis. Iſti ſanè patent dæmonio meridiano & maximis periculis, quia non niſi inſtinctu dæmonis aguntur, carentes religioſâ ſimplicitate, quibus Deus (faxit id Deus) expertos, & ſpiritûs diſcretione pollentes Magiſtros ordinet, qui eos vel exturbent è Religionibus, vel certè noverint & expiſcari, & confringere ſuperbiæ fluctus. In his enim ſemper videbis prævalere ſpiritum ſuperbiæ, pleni ſunt paſſionibus, & ad minima commoveri ſolent humiliationis impatientes, cæteros deſpicientes, ſolùmque reſpectu humano, ut Superiori placeant, ducti.

O ſi iſti noſſent, quàm ad modicum

utilis

utilis eſſet hæc exercitatio exterior quam non præceſſit humilitas, & amoris mortificatio. NB. Hic enim amor peſſimus abundat nimiùm in illis. Ah! quot numerari poſſunt, qui hoc ſeducti ſpiritu, dum corporis ſolùm mortificationes ſunt ſectati, ſine ſcitu & permiſſu Superioris, & Magiſtri deſtructi in corpore & anima, melancholicis agitati phantaſmatibus, ſomno privati, & ad ſpiritualia facti inepti, fodere ſibi cœperunt ciſternas diſſipatas, ad conſolationes externas delapſi, dum neceſſitati, & deſtructæ complexioni ſubvenire volebant, ſpiritum extinxerunt, devotionem omnem, & fervorem perdiderunt, facti nugaces, Gerrones, Critici, & Crotali, diſſoluti, exiguum cæteris confratribus exemplum ædificationis præbuerunt.

Alii verò inſiſtentes propoſito ſemel cœpto amiſſo diſcretionis clavo, vel ſpei, vel fiduciæ anchorâ ad ſcrupulos deventi, & ſibi & aliis intolerabiles extiterunt. Alii ad odia, furores, audaces inſul-

tationes,

tationes, quibus carcer pro fræno, pro prandio flagella adhibenda fuiſſent, & forent, ut inquit S. Thereſia, & quantò citiùs, tantò illis utiliùs. Adhibeant qui volunt oleum lenitatis, clementiam, & melle dulciores, exhortationes, novum quid, & miraculum reputent, ſi redierint ad cor; mihi ſanè concluſum eſt, tales ſi refractarii fuerint, tui erunt ordinariè, nunquam redituros ad ſaniorem mentem, niſi per verbera, & jugum duriſſimum, quod experta S. Thereſia, non verita fuit, vel indiſcretionis notam, vel inclementis famam; *Audacter*, inquit, *poſt accuratam earum*, (de Monialibus enim loquitur) deſcriptionem, *verberibus etiam, & carceribus diuturnis caſtigandas*: Non ſcriberem tam multa de meo cerebro in hoc gemitu, ſi legiſſem anteà, priuſquàm de his modò ſcribere cœpi, aut certè deſcripſiſſem ex illius ſcriptis, quia video lumen diſcretionis divinum in ea expoſitione, & ex toto conveniens cum experientia. Legat, obſecro

Superior,

Superior, qui talibus dirigendis eſt præfectus, *in lib. fund. mon. Cap. VII. de Melancholicis*, & reperiet plura, quæ ego omitto.

Ah! quàm multis nocuit clementia! quàm multos ea perduxit in ſenſum reprobum, qui permiſſi agere pro libitu, inſurgere in Superiores verbis mordacibus contumelioſis, &c. aliud tamen eſt de filio, de Religioſo, qui ubi tranſierit tempeſtas, noverit ſe humiliare, deflere delictum, &c. Tunc enim videtur procedere magis ex humore peccante, & malo affectu, quàm voluntate prava quod facile adverti poterit, ſi dum intervallis lucidis fruuntur, habeant voluntatem promptam ad obedientiam, quieti, pacati, in aliorum defectus non nimis oculati, defectus ſuos, & audiunt & agnoſcunt: ſecus, ubi compertum fuerit, & contrarium, nocebunt leniora; proderunt autem plurimùm flagra, panis, & aqua: intereà tamen nunquam ceſſandum à ſtudio reducendi eos ad agnitionem, ſed tamen cavendum, ut

ſi forſan in uno objecto plùs hærent, ex cujus memoria lumen rationis eiſdem obnubiliatur, pro tunc de eo non fiat mentio, ſed ſolùm in genere peccati, odii, invidiæ, & judiciorum temerariorum gravitas monſtretur; perquè noviſſimorum memoriam expugnetur: Et notandum, quòd fruſtrà in his hominibus tentatur inductio amoris Dei & ejuſdem excellentiæ, niſi præcedat timor ſervilis inferni, vel metus verberum, & pœnarum, nec enim poteſt vinum novum mitti in utres veteres, ſed novos: Item ſuadendæ Confeſſiones crebræ, & Communiones, ſi diſponi poſſunt ad hæc. Verùm miſera eſt nonnunquam hominum iſtorum conditio; confitentur libenter, & frequenter, ſed eheu motivum eſt futile, vanum imò malum, utpote procedens ex ſpe vel liberationis, vel mitigandæ pœnæ in cibo & potu ad quod ipſi prô nimium afficiuntur, utpote carnales, ventri plùs quàm menti dediti; hinc gratiam divinam raRò valde promerentur his ſuis exercitiis ſpiritualibus.

Quæ hactenus commemorata ſunt non facilè contingunt noviter profeſſis ſi paulò rigidius habiti ſunt in Novitiatu: reverentur enim adhuc Magiſtrum cui ſaltem ex timore obediunt, & obſequuntur, nec ſe hîc audet exerere moribus: verùm ubi ſibi relinquuntur, vel negliguntur, malum creſcit etiam in junioribus, ſed ordinariè ferè cum coëtaneis, & comprofeſſis, adverſus ſeniores enim non facilè inſurgunt, niſi plùs æquo iis familiares eſſent effecti, quæ familiaritas pareret contemptum. Principiis ergo obſtandum, vel maximè in hoc, ut quàm primùm advertitur moroſitas, averſio, & zelus amarus, inquietæ cogitationes timoris, invidiæ, vindictæ, applicetur remedium. Incipitur autem à verbis contentioſis, mordacibus, & punitivis, & tunc protinus ad amabilitatem, & neceſſitatem charitatis agnoſcendam perducantur, vel terreantur odii &c. vitiorum abſurditatibus &c. ſi refractarii, & contumaces exiſtunt in exhortationibus ſuſcipiendis

cipiẽdis, protinus ad pœnam procedatur, æmulo intereà, id eſt, contra quem concitantur, præmonito, ut ſe benignum, patientem, & charitate ſuccenſum exhibeat. Si recuſant iſta, graviora minanda, ſi explent, miſcenda verba dulcia, quæ emollire poſſint, & perſuadere, ut contrarios actus voluntariè ſuſcipiant, frequenter communicent, adhibitis continuis pharmacis acopis, & vomitivis, quouſque actus quoſdam heroicos humilitatis coram iis faciant, quos tantòpere averſantur. Quòd ſi Superiores impetraverint, ſpem habeant de victoria per bonitatem divinam, quæ neminem vult perire, ſed omnes ad agnitionem ſui venire. Fiet enim errore agnito, & accidente divinâ gratiâ ea patiantur ab aliis, quæ priùs ſibi impoſſibilia credebant, imò quos nec vultu hilari intueri valebant, modò parati etiam pedes oſculari. Plura vide in gemitu ſequenti de Antipathia.

*Refor-*

## *Reformatio per propoſita,*

1. EXcutiam me ab omni eo, quod D diſplicet, conſcientiam inquinat, inquietat.

2. Semper enitar ad perfectiora, voluntatem Superioris indagare & ſeq conabor.

3. Radicem malam, ſi fortè eſt, for ter inveſtigabo, & exſcindam adju conſilio, & inſtructione Magiſtri Spi tualis.

4. Fidem & Spem, ut anchoram t nebo, credens firmiter Deum ſcire omni mihique velle optimè, nec enim noc bit adverſitas, cui nulla dominatur in quitas.

5. In oratione omnem intenſionem vim & violentiam evitabo, quin pot mentem ſuaviter elevabo, ſciens & cr dens pro certo, primum eſſe à diabol poſteriùs ſecundùm Dei voluntatem.

6. In genere omnes extortos affect evitabo, unde & ſpiritus extinguitur, a

heli

elitus intercipientur, & caput læditur.

7. In meditatione ſingulariter atten-
am, ne præ ventus cogitationibus &
hantaſmatibus illis indulgeam, quin po-
ius actus fidei, ſpei, humilitatis, charita-
s &c. ſuaviſſimè exercebo.

8. Otium ſummoperè evitabo, præ-
rtim dum ingruit triſtitia caliginoſa, ut-
pote nutrimentum morbi hujus peſſimi.

9. Mentem ſerenare ſemper conabor.
B. non parùm juvat hoc, dum dormien-
um eſt, & triſtibus idæis cæteroquin im-
diri ſolet, lætum aliquid, & quæ exhila-
re mentem poſſunt, volvendo, v.g. taci-
cantando, ſine ſono tamen melodiam
liquam ſuavem & jucundam.

## GEMITUS IX.

*Quòd nimis grave videatur, confratres, vel confratratrem videre, moribus tam contrarium, & naturæ inconvenientem.*

DOmine, Magiſter optime, qui multus es in miſerationibus tuis, durum mihi

eſt, quod tollero, grave eſt, quod ju diligere videlicet hominem talem, & meo ingenio, & moribus contra horrorem concipio, vel ad cogitatio de ejus actibus, geſtibus, dictis, & i aſpectu. Tolerabiliùs mihi foret gr ſubirè pœnam, quàm præ oculis ce hunc hominem; & quouſque non i cas, non manifeſtas ipſius impruden ſupportatur, honoratur, amatur, q nè non eſt amandus, imò potiùs con dendus in ſuis actionibus. Defendit Superioribus, tanquam in omnibus b ageret, me inſuper deridet, nec quicq efficiunt meæ contra ipſum querelæ, accuſationes. O crucem importabi ô pœnam immenſam! ipſum amare beor ut fratrem, vetor ipſum confu re, & ipſi remonſtrare mores inſulſos vitam indiſcretam, imò, quod plùs eſt qui me volunt illi amicabiliter, hono & omnia charitatis officia exhibere, m ta de hujus virtutis & excellentia, & p mio obtendentes, plura enumeran

od

odio, invidia, quã illa ſint execranda, tanquam odio eum proſequar, imò ut hoſtẽ illius me incuſant. Sed non ſic, non ſic eſt Domine, ut mihi imputant. Nec enim mali quidquam illi cupio, verùm conſortium ejus fugio, & ut crudum & inſulſum faſtidio, non eſt odium, quod me incendit; ſed illius cœcitas in cauſa eſt, quia cùm talis ſit, minimè ut talem recognoſcit, quod ego cuperem unicè, ut confuſus agnoſceret ſe, & humiliando ſe, humilis fieret in oculis ſuis; Hæc me cruciant, & exagitant, quòd nihil minùs, quàm ineptum & inconditum, qualis tamen eſt, ſe apprehendat. Et dicunt, ne malevolum, invidum, & in periculoſo ſtatu conſtitutum, nonne magis viæ meæ rectæ, & viæ ejus pravæ ſunt?

## Reſpondet Chriſtus

### *Querulanti.*

MIſereris, ſi eos ſolùm diligis, qui tuis conveniunt moribus, qui etiam teneris inimicos diligere.

Et ſi hos ſolum diligis, qui te diligunt,
bi placent, quid ampliùs Ethnicis fa
hiccine amor tuus, quo flagras in me?
ignoras, quod uni ex minimis meis fece
tis, mihi feciſtis? cogenda hîc eſt, & alt
ri motivo ſubigenda rebellis volun
non affectu vivendum, ſed amore D
quia filiorum Dei teſſera eſt, amare u
verſos, ut mea membra, & participes c
leſtis gloriæ.

Quæ tibi ſpes erit conregnandi c
confratre iſto tuo, quem tantoperè av
ſaris in cœleſti regno? ſi per diſſenſion
modò divideris ab illo, qui eodem
demptus eſt ſanguine? degeneras mi
niſi tibi ſubvenias, niſi ſanioribus acqu
cas conſiliis. Si omnibus omnia factus
Paulus, tu quomodo non uni fieri p
in unum, & unus? Vide, cave, ne per te,
in te pereat vinculum, baſis, ac fundam
tum Religionis, imò æternæ fælicitatis
tha, charitas, & amor proximi; Prô quò
propellit mala tua propenſio? ſi natur
tractu putas vivendum, fruſtrà tot mor

ficati

ficationes, tot ſententiæ Scripturæ ſacræ, quæ nihil magis inculcant, quàm anguſtam cœli ſemitam, quàm violentiam in domandis paſſionibus, & extirpandis pravis affectibus.

Odium eſt, ad quod incitaris, eſtò advertas minimè obnubilatus fortibus paſſionibus, qualis tibi ſit, expendis, ſed qualis tu mihi ſis, quàmque aliis oneri, non recogitas, grave tibi eſt amare, quem malles confundere, ſed grande exinde conſequeris præmium, grandis denique eſt neceſſitas, quia ſolùm per talem amorem ex inimico amicus efficeris Dei; Jungere ergo ei amoris affectu, propter me renitere, repugna, regnet in te gratia divina, non natura corrupta, & diabolus ſuſurrans, depone omnem iram & indignationem, quoniam eſtis invicem membra, odium depone, & ut tale agnoſce, vel ex ſignis, quia inquietant te, quia affligunt, nec refert, quòd eum non lædas, nec lædere cogites, ſufficiet, ſi avertas te ab ipſo, vel corporis greſſu, aut etiam ſolo mentis affectu;

Et anne bene tecum erit, ſi tibi eat
ego propitiùs ſim, ut non te quidem
dam, avertam autem faciem meam
reminiſcens peccatorum tuorum? &
dere te nolim ſubtrahendo gratiam,
niã, & miſericordiã minimè, miſer n
que fores, & miſerabilis. Nunc ergo q
obicem, quid nubem opponis mihi,
tranſeam ad te, crede ſanè, quòd ſicu
vulnere nullum proficit emplaſtrum,
priùs extrahas ferrum, ita nihil efficie
ratio tua manente amaritudine in co
nec unquam quietus vives quamdiu
gnabit in te iſta paſſio. Et nonne con
deris cernens te pejorẽ beſtiis, quæ eti
ſi naturâ ſint feroces & homini infe
frequenter tamen non niſi laceſſitæ
grediuntur. O quàm longè majorem
venies in te diſplicendi cauſam, & te
averſandi, quàm in altero? Ecce pec
non ſunt, quæ fratres tui faciunt, vel
ter committit, aut certè non gravia,
me ille offendit, & tu ei iraſceris, & in
gnaris? quid agis? mihi vindicta, non t
n

mihi vindicta, ſed ſolummodò pro peccato: quàm durum tibi fore credis in fine vitæ; ubi rememorabuntur hæc; tibi enim viam ſalutis præcludent, niſi reſipiſcas, quia ſi tibi modò gravis eſt ad tollerandum, & amandum, quid in agone erit, ubi omnes dæmonum machinationes eò collimabunt, confluentq; in te unum ſingulæ offenſiculæ, concitantes, ſi poſſibile eſt ad odium; charitate excluſâ, quæ ſola ſalvat? ut dum ſic moreris, æternùm eheu moriaris, imò nec unquam moriaris, cruciandus ſine fine? quæ ergo ſpes tibi, imò, quæ non deſperatio, cum modò vegetus, mente ſanus monitionum, lectionum ſpiritualium, & Sacramentorum capax, non deponis ſarcinam, cùm ibi vix juſtus tutus erit à prædonum rapacitate? ſi modò cæcus es ad æterna, ad flammas perpetuas, & durus ad ſaniora, quid tunc eris? homo cùm ſis, homini reſervas iram, & à me exſpectabis medelam? in ſimilem tibi non habes miſericordiam & de peccatis tuis reportabis veniam? non

ſic, ſed quâ menſurâ menſus fueris, eâdē remetietur tibi.

## *Reformatio ad prædicta.*

## DE ANTIPATHIA.

HIc morbus ſicut eſt multùm periculoſus, ſic ſe citò exerit, ſed curatu difficillimus, maximè in ſenioribus, & profeſſione provectioribus, niſi ſunt bonæ indolis tractabiles, & morigeri, item prout invenerit ſubjectum. De Melancholicis penè deſperatum eſt eos curandos, ut inſimul vivant, niſi ut ante memoratum optimæ ſint voluntatis; quare vel ſeparandi, vel ſi ſeparari nequeunt, ſtudioſiſſime orandum, & inſudandum.

Ah quanta miſeria, ubi hi ſimul ſunt etiam ſtupidi & prætactæ ſimul complexionis, novit, qui egit cum eiſdem.

Id notandum facilè contingere, quòd maniam incurrant, & mente capiantur, quoniam continuò fervent cogitationibus tumidis, & vindicativis.

Quod

Quod de provectioribus, idem nonnunquam contingere poteſt in junioribus; ideòque ſedulò attendendum in Novitiatu, qualiter inſimul conveniant, ſi plures ſint; per invidiam quippe, & delationes cum amaritudine, & impatientia prodit peſtis, ſed remedium qui quærit, ſciat nullum eſſe efficacius, ſine quo ſpes omnis deficiet, quàm humilitatem, ita, ut ſi velint hanc beſtiam edomare, & exteriùs, & interiùs ſe cogant per motiva, ut illi, contra quem ſtimulantur, parati ſint ſe ſubjicere, eòque omni conatu allaborandum Superiori, ſecus, habebit aſpidibus & leonib⁹ ferociores ſucceſſu temporis, qui nullis ampliùs motivis, regulis, adhortationibus, minis & pœnis coërceantur ab exaſperationibus, & odiis.

Ac primò quidem, ob oculos illis ponendum, quid ſit, quod eos tantòpere exagitat, excitans ad averſionem, & invidiam adverſus hunc. N. tunc certè reperient nulla eſſe peccata, ſed ſuſpiciones, vel quod derideatur ab illo, aut certe nul-

lum erga ſe reſpectum habeat, quem talis ex diſcretione deberi exiſtimat. Po in ſpecie. v.g. manum alter non admo in tractandis libris, in eligendis ſcopis mit meliorem, in clauſtro ſibi non in nat, amatur, laudatur magis à Magiſt abſoluto opere citiùs vadit ad cella Iſte ècontra frequentiùs corripitur, & dem poſtponitur. Invenient, nihil ali eſſe, niſi vel invidiam, vel impatienti deſinentem in odium, dum videt æm lum, quem tantòpere optat confundi, humiliari, meliùs aut honoratiùs tract ri; vel cùm eundem accuſat, defendi excuſari. Motiva ſumantur à pulchrit dine virtutis charitatis, & ècontra à d formitate hominis invidi, qui odit fr trem ſuum homicida eſt &c. charitas p tiens eſt, benigna eſt, charitas non æmu tur, non agit perperam, non inflatur, no eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſun &c. Evidens quoque ſignum eſt, æter damnationis odium, & indignatio co tra imaginem Dei, quam ſuo ſangui

à diabo

à diaboli ſervitute eripuit Chriſtus, caveat itaque talis, ne, dum effigiem, & imaginem Creatoris perſequitur, Deum quoque ipſum graviter offendat. Et quomodo dicit talis Deo, dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus &c. Deinde cum non ſimus fratres carnales, ſed ſpirituales, cur, ideo quia ſecundùm carnem, & naturam diſplicet Confrater, ipſum hominem proſequamur? Væ ergo illis, qui in viam Cain abierunt.

Eò ſpecialiſſimè laborandum Superioribus, ut tales homines, quâdam violentiâ actuum humilitatis cogant Divinã bonitatem, quæ nunquam ſuos deſerit, & ſic extorqueant efficacem Dei gratiam, quâ in alios mutentur. v. g. ſaluberrimum erit ad ſingulos impulſus odii, & aversionis cum Superioris licentia ſe coram illo, contra quem ſtimulatur proſternere, & petere pro ſe orari. In Cella quoq; ſibi talem imaginari in perſona, & coram eo ſe reum fateri. NB. Si tamen abſit

periculum furoris, & ſic ſe ibi proſtern-
re, oſculariique quaſi pedes ejus &c. ſcri-
bere quoque in ſcheda ea, quibus ſe vid-
rit moveri ad patientiam, & charitaté &
crebrò ſibi imaginari, quòd Regnu-
Cœlorum vim patitur, & tali violen-
obtinetur. Et certè ſibi talis perſuade-
neceſsè eſt, quòd quò difficiliùs fuer-
quod aggreditur, eò majus ſibi præmiu-
reſtet, imò unus talis actus intenſus, q-
contra renitentem naturam exercet-
plùs in anima facilitatis operatur, & cau-
ſat, quàm decem remiſſiores, nec ta-
multùm recogitet actum humilitatis
quem meditatur, quid alter cogitatu-
rus ſit; neque diabolo diſſuadenti aure-
præbeat, qui continuò in talibus cona-
repræſentare indiſcretionem, crudelita-
tem, imprudentiam ſui adverſarii, item
propria dona, & excellentias animi
objicere, hoc ferè modo; *Ego qui diu-
tiùs in Ordine qui ab aliis ſemper habitus p-
diſcreto, prudenti, ego qui à talibus paren-
tibus divitibus, nobilioribus, &c. iſt-*

*iſti tali & tali me ſubjiciam?* ne unquam volvat talia, ſunt enim certa inſtrumenta odii, furoris &c. ſed continuò ad tales inſultus ea legat & recogitet, quibus ſe ſcit moveri, qualia etiam ſemper in promptu habebit deſcripta, quæ poſſint humilitatem inducere, ea debet ſecum portare, ſibi imprimere, excluſis omnibus aliis.

1. Poſſunt autem talia eſſe v. g. Graviora peccata, quibus Divinam Bonitatem offendit: è contrariò virtutem & dona, quæ alter habet, in ſchedulà ſcribere.

2. Item ex Scripturis aliqua de invidia, odio & charitate, ut paſſim habentur, quæ plus movent, in promptu habere, & vel legere, vel mente recolere; quod Deo ſummoperè placet.

3. Se ſubjicere etiam infimo, & rememorari illud Thomæ Kempenſis, *ſi vel uni te præferas, vel præpoſueris, non poteris eſſe quietus.*

Si in ulla tentatione locum habet illud Poëtæ: *Principiis obſta, ſerò medicina paratur,*

*ratur* tunc in hoc vel maximè valet, eſt
nim incredibile, quàm ſpecioſè, quamq
callidè ſe hic amor proprius, imò diabol
inſinuet, dum tales cogitationes injicit,
niſi ſtatim occurratur, accenditur hom
eòque devenit, ut ſibimet vix poſſit ab
liis gravioribus temperare, adeoque ca
tè nimis agendum, cavendumque, ut n
ſinatur habere locum in corde, fit en
ſæpè, non advertentibus illis, ut licet to
liter vindicari vis, & tumidis cogitatio
bus ſeſe involvant, nec tamen vel mi
mùm advertant.

Obſtupui ſanè non ſemel, audiens de
in tali homine rei, de qua loquimur exe
plum, qui tamen poſt breve tempus n
ſine mirabili Dei miſericordia & bonita
in tantùm fuit adjutus & liberatus, ut
lum quem anteà penè cum inſania in
quebatur paſſionibus, parumque abfu
ſet, ut ipſe faſſus eſt, quin ad verbera ob
miam antipathiæ operationem deveniſſe
vix in ullo laceſſerit, imò quod plus er
multas mordacitates & confuſiones

ip

ipſo patienter viſus fuerit tolerare cùm ſingulari agnitione miſeriæ, in qua priùs fuerat. Obſtupui, inquam, quando audivi ipſum præ nimia paſſionis vehementia, & intenſis cogitationibus tumidis totaliter defatigatum, & viribus defeciſſe in tantùm, ut pedibus ipſo fatente, vix inſiſtere quiverit, & quod magis mirandum, abſque ulla culpa ſibi id accidere autumans, nullam de hoc culpam volebat agnoſcere, aſſerens ſe nullo prorsùs odio ſtimulari contra eum, quem tantoperè averſarat; ſed non adverterat; nec principiis obſtabat, adeoque ſeſe inſinuabat cogitatio concitans contra alterum, ut eo, ſicut dictum eſt, quaſi per inadvertentiam devenerit, donec tandem divinâ adjutus Clementiâ, non ſine magno cordis dolore cœcitatem ſuam deplorârit:

*Sed audi, qualiter fuerit curatus.*

1. Primò omnia ſincerè revelavit ſuo Confeſſario extrà Confeſſionem, ſicque multùm fuit adjutus per illius adhorta-

tiones

tiones & remonſtrationes, & conſili
quæ in his conſiſtebant.

Quoties id ſibi contigiſſet, ut ſenti
tales ſtimulos contra illum, quem inſequ
batur & ſiquidem eſſet internum, juſſ
ut ſe ad ſcabellum in cella proſterneret
imaginando ſibi, quod ille frater ipſem
eſſet, ſicque illud oſcularetur tanquam p
des ejus, deprecanſque veniam, & pete
pro ſe orari.

2. Si verò, quod non rarò contigit, a
extra prodiiſſet ea paſſio, ſcilicet per co
tentiones, mordacitates, & verba pungiti
va, licet data cauſa fuerit, coràm ipſo p
factum juſſus eſt ſe proſternere, peterequ
veniam, ſe malè feciſſe, rogareque pro
orari.

3. Illa quæ ſuprà poſita ſcilicet don
aut bonam vitam alterius, & è contra ma
lam vitam ſuam, & graviora peccata i
promptu habebat, ſicque huic paſſio
velut indomitæ beſtiæ objiciendo os oc
cluſerat, & aditum ad cor impediebat.

4. Pro Confratre illo continuò orabat

ſi

ſic tandem factum eſt, ut Deus per tales actiones, coactus efficacem præſtiterit gratiam, ita ut brevi ſpatio fuerit liberatus, quia alioquin ferè ad furorem, & mentis quodammodo inſaniam, ob nimiam paſſionum vehementiam deveniſſet, ſic ille fatetur adjciens ſe ſibi timuiſſe, ne ad verbera deveniret.

NB. Cùm hi adhuc ordinariè minùs in Dei amore ſint fundati, non meliùs moventur ad adhibendam vim, & violentiam ad tales actus humilitatis, quàm per memoriam quatuor noviſſimorum, & terribilium pœnarum inferni.

## *Reformatio per propoſita.*

1. Frequenter expendam, & ſpeciatim, ubi ſenſero hos motus, quid deceat virum cordatum & bonum in tali caſu.

2. De virtute manſuetudinis ſedulò meditabor.

3. Item, quàm indecens ſit viro rationis prædito commoveri, & inſurgere contra imaginem Dei, quàm abſurdum Chriſtiano Religioſo.

4. Pe-

4. Petam indeſinenter lumen à D mino, ne amittam lumen internum, v tatis agnitionem, ut patientiam, & c ritatem fraternam, veſtem nuptialem quâ qui caruerit, mittatur in ignem ternum.

5. Item lumen agnoſcendi pecc mea, quibus iram Dei merui, ut vel vindicentur injuriæ, quibus Deum af ci, patienter ferendo & in contrarium tendo.

Et denique ſedulò practicabo ea, q tribus antecedentibus paginis ſcribunt

## GEMITUS X.

*Quod ad Officium, quod ſperabat, non aſſumptus. Et, Quod ex tali affectu, ubi excidunt, mala procedant, maximè in Cœtibus Religioſorum.*

AH Deus Conſolator optimè, n conquerar, non defleam dies t bationis, & caliginis, dies miſer & afflictionis? nonne intueris anim meum oppletum, & obrutum triſtiti

no

non cernis, ut torquentur viſcera mea, ac præ tædio in me tabeſcit anima mea ? juſtè ageretur mecum, ſi is non eſſem, ſi tam aptus non eſſem ad officium iſtud. N. quod ab alio mihi præripitur, currebam bene plenus ſpe & fiducia, ſed amodò faſcinavit me ſpes vana, & falſa dum decepit, dum illuſit, nonne ſederam ante in pulchritudine pacis ſub umbra alarum tuarum, plenus meritis quia plenus fiduciâ, plenus opulentâ requie, quia ſpé lactabar Officii ? currebam viam mandatorum tuorum, quia dilatabas cor meum ? obedientiâ mihi nihil faciliùs, humilitatem ſectabar præ omnibus, & felix eram, & beatus. Modò quid dicam ? irrepunt triſtia cogitationum phantaſmata, nec eiſdem par ſum aut ſufficiens excludendis & domandis; Ah! Domine vim patior, reſponde pro me. Ego qui quondam opulentus non quidem divitiis, queis prophana ditat Babylon, ſed oris facundia & verborum gratia, lapſos erigebam, mœſtos conſolabar, infirmis medebar, nec deerat, vel in af-

in affectu gratia, vel in voce efficaci
nunc lapſus ſum, nec video unde me
leam erigere, mœſtus ſum, nec ſolati
reperio, circumdederunt me dolores m
tis, in ſuſpicionum barathrum me m
anxia dejiciet, ni Domine ſuccurras a
rens remedium malo huic peſſimo, mel
fuiſſet me nunquam, vel verbo diſpoſui
manſiſſem ſic quietus in prima mea g
tia. Ah modò non turbabor, non afflig
qui exſpectatâ tam diu gloriâ & hono
defraudatus, & rejectus locum optat
non obtineo.

## Reſpondet Chriſtus
*Afflicto & miſero.*

FILI, vel credis, vel non credis, nih
uſpiam contingere in mundo ci
meam diſpoſitionem & ordinationem
ſcio, quia credis, non temerariis vit
tuam agi motibus, ſed à me dirigi & mo
derari; ſcis utique, quia malum non eſt i
civitate, quod non feci ego. Si hoc ita eſt
cur turbaris, cur triſtaris & mœrore co

ſumo

tumeris, dum cernis ſubvectum alium te relicto? Expende fili viam, in qua ambulas, nonne viam crucis elegiſti, nonne tu hanc iterum in Profeſſione ſpoſpondiſti mihi? à ſpe, inquis decidi, fraudatus ſum honore, gloriâ & commoditate, quæ ſolabar, ſed quid eſt tibi honor & gloria, hominumque exiſtimatio? quid denique commoditas illa tibi tam imperfecto, tam malè affecto & infecto, niſi bonarum actionum impedimentum & declinatio, mentiſque excœcatio? nonne mille talibus, ego melior tibi ſum? an mihi amorem tui, tuæque carnis illecebras, & ſtultas hominum opiniones præferes? ſi me amas, ſi ad cœlum tendis, quid nugis intendis, quid tam moleſtè habes, quod te recreare debuerat? nonne mihi dum ſic ſolus vivis ſine officio, conjunctior permanes? quia nullis diſtractus negotiis, nullis præpeditus curis, nullis præventus ſolicitudinibus? horrere debuiſſes, ſi ex obedientia id tibi fuiſſet injunctum; cave ergò, ne obruaris, quia fluctuas, vide, vide

ne mergaris , quia alliſa jam cimba
Salvare fili,& ſuſpice cœlum,quid cur
ris ? Cur deficis in tribulatione ? Cur
bulationem reputas & deſpectum ?
hæc culpâ accidunt,non meâ. Tentatus
ſed non ultrà id,quod potes; Eja fili,ſu
pe voluntatem Patris tui , vide, & ca
ne cum iis ſortem tuam conſtituas qui
bulationem non ſuſceperunt cum tim
Dei; ſed ambulantes in deſideriis vol
tatis ſuæ,exterminati ſunt,exturbati ſu
repulſi ſunt à gratia, à gloria cœleſti, vi
cave,quia quotquot naufragium in Re
gionibus paſſi ſunt, in has ſyrtes priùs
ciderunt. Et quia incauti fuerunt, ut
clinarent, quantociùs dati ſunt in rep
bum ſenſum, ut mala facerent tanta, q
mundus ſtupet, attende, cave, vide, bi
calicem, & exhauri amaritudinis po
lum; à Patre enim, à Medico ſanitatis tu
cupidiſſimo eſt porrectum; quia mod
cum, quod affligit, ſed immenſum
quod afflictum temporaliter, conſola
æternaliter. Amen.

## *Obſervatio ad prædicta.*

LApis hic lydius eſt, ubi multorum dignoſcitur perfectio, & ſimulata pietas, mare eſt, in quo qui navigat, ſæpè mergitur, & perit in undis. Ah! utinam Religioſi hoc afflati veneno ſaperent & intelligerent, ac noviſſima providerent, quæ futura ſunt poſtea, deſiſterent, credo, à tam iniquo affectu. Aſcendere vis mi frater, ſed ſenties ita, crede mihi inevitabilem laboris & doloris neceſſitatem, ubi adeptus fueris, quod tantoperè deſideras; Ah! utinam crederes, quàm irretiat multos, quàm devaſtet, quàm aggrediatur crudeliter hæc leena peſſima; à parvis incipit, ſed in magna deſinit, principiiſque, dum non obſtas, ſerpit in immenſum; Tu qui ſinis irrepere affectum hunc, vide, quomodò eradices, te certè non advertente, quæ nunc feſtuca eſt, in trabem excreſcet non frangibilem, ſed nec flexibilē; multi antea humiles, tractabiles, tranquilli ut oleum, ubi verò hunc in morbum

bum incidunt, ſævire incipiunt ſine m
do, ſine repagulo: Ita te quiſquis hoc i
fectus es toxico, compello, tuamque co
pello conſcientiam, edic, quæ cauſa, ut l
viſſimam quamque confuſionem, plus d
co, reſpectum non exhibitum injuriam r
putes, qui prius non talis eras, quia pati
ter ferebas? res mihi ſuſpecta eſt, mi fr
ter, infecta eſt lepra humilitas tua, cum
lantur puſtulæ, vide, cave, ne in Pſora
excreſcant, dum excreſcunt. Ubi mod
patientia tua, ubi charitas, veſtis illa nu
tialis, ſine qua nemo Sponſo congaudebit
Currebas benè, quis te faſcinavit? fe
hoc affectus officii, hic prædo, hic fur i
peſſimus, peſſimus quia latens.

Ah dimitte, quod habes, & quod no
habuiſti; Si difficile eſt, ſi laborioſum, vi
vere ſine officio, ſine honore, ſine ſplen
dore, cogita, quia violenti cœlum rapiun
violentia verò hæc, humilitas eſt, patient
eſt, obedientia eſt, his mereberis gaudi
ſine fine, requiem ſine labore. Sed indur
tum eſt, video cor tuum præfocatum ha

lic

tu venenato, & unde me noſſe putas? Ex bita mutatione actionum tuarum; quid im non moliris, quid non agis, ut aver-s, ut arceas omne verbulum authoritati æ & opinioni grandi, ut tu credis con-rium? quid non facis, ut laudem captes manam & hominum opinionem, qua credis provehendum ad id, quod cu-s? ſed væ his, qui viam Domini cogno-runt! nec eam ambulant, tu noſti Dei luntatem, quod abominetur viam, am ambulas, ( cum humilibus enim rmocinatio ejus ) & cur, obſecrò, tam bominabilem facis decorem tuum? mutatâ intentione & vita tam virtuo-? quid eſt, quod modò obſcuretur au-m tuum frigefactâ charitate? unde hæc Metamorphoſis? quod tam citò mutetur color optimus, & aurum tuum vertatur in ſcoriam? qui priùs humilis eras & mo-rigerus, ad omnem correptionem patiens; modò omne quod humile eſt, ſubterfu-gias, deſpectum horreas, & monentem te oderis? non hoc Circe, vel Gorgonides

( fabulæ ſunt hæ ) ſed officioli affe
cauſavit. Certè negare non poteris, q
acu tango: ſed necdum fortè prodi
extra, adhuc ſimulas humilitatem, c
vulnus, & ulcus tegis, & ſanare volen
te arguis, negas ſubeſſe vel ſpem vel
ctum, imò renuis, ſed qui cor intuetur,
vit verum eſſe, quod dico, concepiſti
rus, ad cor tranſibit, niſi pellas, ſuff
bit ſpiritum vitalem, & extorquebit
tiam Divinam, niſi cogites de reme
Ex inſidiis quidem rem aggrederis, q
niam audiſti, quod fugientem officia
quantur velut umbra, ſed aderit tem
ubi dejectus ſpe tua concidas vultu, &
nifeſtus fias; fietque tibi morbus in
bilis, qui adhuc eſt curabilis.

Grandis miſeria, mi Lector, mi R
gioſe, mi Superior, grandis labor req
tur, ut amoveas ab hac ſtultitia eos, q
ſemel invaſit: opinantur namq; ſe & a
& aptandos; dumque involvuntur
ce conceptibus; ægerrimè ferunt vel
nimam confuſionem; ſtomachantur

non pro talibus habeantur, & excandeſcunt non rarò ad minimum verbulum, timentes, ne minuatur authoritas; ſicque impediantur à ſui deſiderii conſecutione. Ah! ferocem Beſtiam, ah! grande malum, quæ intentionem incurvat, mentem excæcat, nec ſinit quicquam agere boni, imò bonum vertit in malum, ut velut aranea etiam ex optimo flore venenum ſugat, unde apis mel conficit. Ah ſtulti & tardi corde ad credendum, mo-[…]ntibus vos! ſiccine ſpecies decepit vos? & affectus hic pravus ſubvertit cor veſtrum? non eſt hæc diſpoſitio ad officium, quæ requirit præviam humilitatem, patientiam, modeſtiam, & charitatem non fictam mentiri, & hipocritam agere neſciam. O maledictum officium, quod tali modo acquiritur! caveat, qui ſic aſcendit, ne dicere quandoque cogatur cum illo, ſi nunquam fuiſſem in numero Prælatorum (Procuratorum) Cellariorum, Priorum; modò non eſſem in ſtatu damnatorum.

Terribile tale exemplum refert R
Engelgrave in luce Evangelica de mal
quiſitione, uſu & vita quorundam P
rum, Lectorum, Procuratorum, q
conſule. Bonum quidem eſt, & om
acceptandum officium urgente obe
tiâ, cum timore tamen & tremore,
nunquam bonus eſt affectus. No
Theophili dœmoni homagium faci
hiſtoria, nec refert, quia ad talia non
veniſti, nec facilè venitur, & longè d
mi frater, numera, ſi placet Apoſta
Religionibus, à fide, & videbis nulla
liam poſt luxuriam fuiſſe cauſam, q
iſtam;

*Gutta cavat lapidē, non vi, ſed ſæpe cad*
Sic nemo derepentè fit perverſus, ſe
cipit à minimis; ſi tamen hæc cogita
iam ſola parvi quid dici debeat aut po

Sed ponamus ſuccedere tibi fœlic
mi frater, quod tantoperè affectas,
retinebis cum affectu & voluptate,
ſine his: ſi hoc, erit tibi afflictio, ſi
generabit tibi ſuſpiciones, judicia te

ia, averſiones, ſtimulabit te invidia, habe-
is æmulos, aut tales certè ſuſpicaberis, &
uemcunque virum egregium timebis, ut
ſidiatorem tui, & affectantem, quod tu
es cum appetitu; habet enim annexam
uandā Catalepſin, ut quales ſe reperiunt,
les cæteros judicent. Et quid ergò facie-
us ſorori noſtræ? Fratri noſtro, quia
m immerſus eſt in profundo, nec ab-
uci poteſt, ut non ſperet, ut non perqui-
t, quod ſuggerit affectus? quis affert ei
medium? dicamus ei, non eſſe illum
tum, nec unquam aptandum; nec pri-
um, nec ſecundum, vel ſi ſecundum,
rtè tamen non dimittet primum, ſi qui-
em prævalet concepta de ſuis donis opi-
io. Dicamus ei, quæ terrent, quàm pe-
iculoſum ſit animarum regimen, quan-
um onus? obſecremus eum, ut recogitet,
ualem habiturus ſit conſcientiam; ſi re-
iniſcatur, ſe tam illicito modo, & mini-
è vocatum intruſiſſe, quomodò ſecurus
ivet? ſi verò externum vel œconomi-
um &c. munus eſt, quod talis, vel tales

ambiunt conſiderent pariter periculo vagari per mundum, cum mundanis vi re, eorum ſe moribus accommodare, q ſupereſt, niſi cum perverſis, ut pervert tur ? de Procuratoribus in Soc. JE dicebat nonnemo ex eadem Societ. ab vi eos triennio ante mortem, quatenus ſe recolligere poſſent. Bona praxis & co ditio, ſed fallit Divinatio, & mortis h incerta.

## Parergon I
### *Ad RR. Superiores.*

NON arguetis me, credo R.R. P tres, quod plus æquo calamum ſtringam, ubi conſideraveritis ſi gula, maximè cùm hodiernâ die conſt & ſat longâ experientiâ compertum quod dico, & adhuc dicam, de hoc fo malorum omnium; moveor ab hoc ſin cum ſtupore incredibili vitii hujus aud cia, & contagioſa virulentia, quæ ſævit n rarò in ſimplices & omni vafritie expert idque tantò periculoſiùs, quantò occu tiù

riùs, quoniam ſicut externâ ſpecie non præſefert notabilium vitiorũ larvam monſtroſam, ita neſcio, quo zelo, quo quamque ſpecioſo motivo virtutis, qui hoc inſinuntur toxico, inducti & adducti, ut dum is immerguntur, ita profundè ſubmerguntur à dæmonio meridiano, ut qui priùs nec motum inobedientiæ ſensêre, jam non compeſci ſe ſinant, ſine fræno ſæviant, & abſque repagulo, eòq; nonnunquam promoveant fatuos conceptus, ut cùm obſiſti eis incipitur, in apertum prorumpant; ſic toxicum ſugitur cum colore lactis; aſt nec mirum; habet namque hoc infatuatus hic effectus, ut ſic excœcet. O fœlix clauſtrum, quod peſtiferâ hâc ſemente non eſt afflatum! Concesserim libenter bellantium caſtris, auguſtis palatiis, Regum aulis & urbibus; ſed odoratas Domos Monachorum; ſed, ſed Clauſtra Regularium pœnitentium & auſteritatem teſtantia Evangelicæ diſciplinæ arces, & arcas hâc lue afflatas lamentor; Ah! cur non exulas perpetuò aſceticis hiſce concla-

vibus? cur non relegaris in catenas er
ſtulorum, vel in remos navigiorum, ve
deſertas regiones, & ferarum latibula,
tantam edis ſtragem in Monaſteriis
Congregationibus aſceticis & Aſcete
ſanctitatis opinione antehac fulgent
mis, tam peſtifero veneno inficis men
fontem malorum dixi, non inficior, me
nunc addidero, ſi & vitiorum omnium
minarium appellavero. In fonte enim
ſcaturigine, tametſi omnes prævide
acceſſionem aquarum & alvei augm
tum: attamen nemo non videt, quæ
da erumpat, an turbida ſit, an lympida,
ſulphurea, an dulcis, calculoſa, an pu
an liquoris acrimonia terras vaſtet, per
que vortices, an ſuavi quâdam irrigatio
plantas alat & herbas.

At in ſeminario ſeritur Napellus, n
apparet, cicuta creſcit, nec deprehendit
Itaque qui ſperat, ſe viſurum brevi flor
ſuavitatem, aut meſſis opulentiam, exp
leſcit ad veneni germina, & ad mortis c
pites contremiſcit, quod contingit

agri

gris, hoc in animis, quos officiorum af-
fectus ſerit, nimirùm excuſationes in pec-
catis, ſuſpiciones frequentiſſimas, tumo-
res mentis & venenatas cogitationes in-
numeras; Principia ſanè peſſima, & licet
ſic affectus, ſic infectus tunc temporis ef-
fectum nullum virulentum procreat, de-
curſu tamen temporis creſcente illo affe-
ctu, ſic animum recipientis occupat, ut
illicitum nihil exiſtimans, aut conſiliis
ſuis, aut honori Superiorum adverſum,
vel eorum quorum inſectatur munus id
totum impleat, quod hic peſſimus ſug-
gerit affectus ad detrahendum & ſuſur-
randum.

Non aberrabo proindè, ſi & fontem
malorum omnium, aut ſeminarium, & vi-
tiorum omnium ſcaturiginem dicam, ſe-
cretum virus, peſtem occultam doli artifi-
cem, livoris matrem, ſanctitatis tineam,
cordium excœcationem, ex remediis mor-
bos creantem, ex medicina labores gene-
rantem, hypocriſis genitricem.

O quàm multa tolerare facit hæc for-

 tiſſima,

tiſſima, ſed iniqua bellona: ſed frange
cem, depone larvam, recide ſpem, c
queſcat nix terram tegens; appareat
da, & manifeſtentur cogitationes cor
ibi apparebit fortitudo, competent
ambitioſorum, ubi avulſi fuerint à la
an ament ita Superiorem, cujus medita
ne aſſequi ſperabant, quod ſpirabant;
de ſi famam ejus non corrodant, mo
tantò peſtilentiùs, quantò fortiùs
priùs impreſſerant, quod ſperabant.

Nemò miretur, in tali homine hum
tatem & patientiam, docet enim hæc m
giſtra callidiſſima mille artes, docet ind
re Prothei formas, tam varias, tam for
ſas, ut capiaris ejus aſpectu, quamvis ſ
rituum diſcretione polleas: Nec deſu
quibus bene videtur eſſe cordi illud: *N*
*regnare, qui neſcit diſſimulare*; diſſimul
enim & tolerant, ut penè crepant, qu
tam pravum motivū mutarent in veru
debitum, nimirùm propter Deum, & qu
ejus eſſet voluntas, ſic durabiles fore
Aſt detegitur facies larvata, ubi ſpe de

du

ſunt, ita ut ſenſim ſine ſenſu deficiat affectus, & àmor ad vos, amor, inquam, qui priùs irrigante ſpe florebat, ut Amygdalus, modò degenerans producat fructus amariſſimos, quos utinam guſtare vos non contingeret: tunc enim videre licet qualiter corrugant faciem, & qui priùs omnia tolerare videbantur patientiſſimè, erumpant nunc in furorē & inſaniā, *ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram.* Pſ. 140.

Placet vobis RR. PP. ſubmiſsè colendi fidelitas referentis omnia, non placitura, ſi pateſceret, intentionis obliquitas; occupat & rapit cor veſtrum ſermocinantis vobiſcum, demiſſio capitis, oculorumque modeſtia, non arguo vos, non reprehendo, ſiquidem de veſtro metimini cor illius; verùm quid ſi pravus pateſceret affectus, crederetiſne tam facilè? difficulter adducor, ut credam, conſcius æquitatis veſtræ, quā delatum à tali ſubdolo non ejeceritis è tribunali mentis veſtræ & conceptæ bonæ opinionis. Verùm dicetis, quis divinabit iſtud? quis fictum inter

& ſincerum diſcernet affectum ? Ado
dictis ſermones meos, virtute me præd
non tam ſpectabilem, quàm amabil
ſed ubi ? audite; apud eos, qui vob
referunt, qui ipſum deferunt, de hoc ve
præconio.

O callidos! vulpes foveas habent,
volucres cœli nidos, ubi dudum repo
runt ea, quæ in mente portârunt; d
ſpem iis feciſtis de conferendo offi
Quid ſi noſſent, vos brevi amovend
veſtrorumq; compeditorum, non dica
inimicorum quempiam evehendum in
cum, quem tenetis, quid arbitramini,
ciet dilectus veſter filius ad obſequium
ſtrum tam alatus, tam promptus ? Dic
ego, quid faceret, vos deſereret, & h
adhæreret, ſiquidem ſpes promove
conceptuſque illius evaneſceret in vobi

Verùm ſcio, ſufficit, dicetis, dum
dò vivant quietè ſine murmure, tract
les, morigeri, eſtò ſpes officii motivum
O! ô! ſentietis, quod ſcribo, ſentietis ra
tò duriores, tantò diriores adverſa

poſteâ, quantò tractu temporis fortiùs ſtipati ſenſum obfirmaverunt de conſequendo officio; ſimilitudo, dum hæc ſcribo, incidit per aptiſſima, Imaginamini fluvium, imò rivulum, qui aliquantò temporis ſpatio fuerat retentus, quam fluat, quàm ruat cum impetu, remoto repagulo; Ita ita vobis eveniet; creditis quidem, quia eſtis magni in eorum animis, eſtis ſpectabiles in eorum oculis, ſed quare? an quia tales eſtis? minimè: quia potiùs ideò, quia lactatis, quia ſpem officii relinquitis; ideò vos commendant, ideò placent dicta, factaque veſtra, ſed putatis illos tales ſemper manſuros, & vos in eorum animis tam altos, tam clarâ luce coruſcos habendos? probate, ſi placet, quod dico, dixi, & dicam ſemper, alium eo relicto aſſumite ad officium Prioris, Cellerarii, Procuratoris, Vicarii, &c. ſi non velut tophus in pulverem in oculis eorum fatiſcamini.

Alii quidem charitatem ita fovent cum fratribus, ut per omnia omnibus pla-

 ceant,

ceât, ita dextrè, ita amicabiliter cõverſan-
tes, ut omnes ſui in amorem rapiant. Sed
neq; hoc habet ſolidũ fundamentũ; qui
fundati ſunt in ſpe officii: hi enim, ut a-
pud Superiorem, cujus intereſt ad officia
aſſumere, conſervent, augeantquè bo-
nam opinionem ah! quâm enixè allabo-
rant, quantum fatigant cerebrum, &
omnes ingenii vires intendunt in epiſto-
lis, quas componunt, aliiſque ſcriptis, ut
eruditi & docti nomen apud eundem ac-
quirant: nihil hîc difficilè, nihil grave;
ſed advertant velim, Superiores, quòd
non rarò tales ubi ſuo, quod affectabant,
defraudantur effectu, omnes illos inge-
nii nervos, quos ad placendum ſibi priùs
intenderant, contra ſe nunc exerant, &
dentes acuant caninis ſæviores; amor e-
nim ille verus non erat, nec ex corde pro-
cedebat; non vos amabant RR. PP. ſed
officium, quod quia negatum eſt, fiunt
manifeſtæ inſidiæ latentis inimici: ita ſa-
nè, nunquam ita revelantur cordium co-
gitationes, quàm ubi hic doloris gladius
pertran-

pertranſierit animam, ubi, inquam, talis negligitur, alius aſſumitur, & hic relinquitur. Dura ſicut infernus æmulatio, quæ quantam frequenter flammam excitârit, maximè ubi è junioribus, aut minùs perfectis quiſpiam aſſumebatur; docuit eheu, & etiamnum docet experientia, exulceratis æmulis & competentibus; Deus, in cujus manu corda ſunt universorũ, faxit, ut arceantur iſthæc omnia ab omnibus monaſticis cœtibus. Ego affectum proſequor, necdum in effectum deductum, & primò quidem, ubi in cujuſpiam corde ſeritur, concitat ad inquietudinem, ut quod delectabile putat, aſſequi nitatur: hæc inquietudo ſuſpicionem generat, ſuſpicantur enim ferè ſemper alios quoque affectare quod ipſi, qualis enim quiſque eſt, tales & alios judicat eſſe; ſuſpicio creat invidiam, dum enim ſemel conceperunt ſuſpicionem, quòd nimirum ſimile affectent alii timent pariter & triſtantur, cum vident in illis, quod apta habeant

dona

dona ad officia : Invidia quid cauſ
quot ejus ſint, & quales filiæ, ah eheu! n
mis clarè conſtat, invidiâ diaboli mo
introivit in orbem terrarum, hæc ſuſur
tiones parit, ita, ut omni modo nitan
dirimere quibuſcum habent amicitia
ac pariter inſurgant in æmulum, & vel
talem judicatum à ſe: taceo amarulenti
aut etiam odia continua, quæ in corde l
tent; quæ torquent interiora animi, co
quieſcere deberet in iſtis memoratis ha
ſæva lues, nec graſſari tam longè latè
in alios, ſed, ah; tam contagioſum hoc
vitium, ut ab eo multi priùs ſimplices, ſ
ne fuco, ſine dolo corripiantur, ubi cu
talibus tali contagione infectis conver
ri incipiunt: Defectus enim, dum de O
ficialibus audiunt, nec contradicunt, cu
lupis ſenſim ſine ſenſu lupi efficiuntur,
ubi paululum intepeſcunt, caput erigu
& ipſi aliquîd ſibimet ipſis apparere & a
talia munia aptos judicare ſe incipiunt.

Credite firmiter RR. PP. ubi hoc
cujuſdam corde advertitis virus, non e

con

conſtãtis animi aut durationis, quidquid
agit; eſto virtutem præſeferat, & humi-
litatem S. Franciſci profundiorem, eſtò
videantur viſcera veſtra atque umbræ, id
unum approbantes, atque improbantes,
quod placet vobis, aut diſplicet, muta-
buntur ut luna, & lucem amittent ubi ſpe
ſuâ decident, & velut Harpyæ veſtras cor-
ripient fauces, modò quidem, ad omne
opus prompti & alati, jube tantum quod
vis. Sed ululabunt urgentes, & dicentes,
ſi non verbis, opere certè, & interiori eju-
latu: vah! quid aſſumpſit iſtum, & iſtum,
me relicto. Talia, ah! utinam ſemper præ-
videremus, non ita amplecteremur, dum
noſtros palpant defectus, dum excuſant,
dum nobis blandiuntur! quin potiùs al-
laboraremus, ut hunc orci ſpiritum revel-
lamus à pectore. Sed vix eſt, qui recogitet
corde, optimè ſemper ſentiens de talibus,
quouſque naufragium, faciente cupidi-
tate, imminuta fiducia proditores ſentia-
mus: proditores dico; quia arcana veſtra,
quæ ipſis modò detexiſtis, manifeſta-
bunt,

bunt, mentes veſtras infamabunt, op
veſtra calumniabuntur, quieti veſtræ
ſidiabuntur, folles erunt inimicorum v
ſtrorum, nec deſinent nomen veſtr
maculare, vitam divexare mille ſugil
tionibus; tunc cognoſcetis colorum
gmenta fuiſſe, & pardis maculoſior
dum voluerunt videri fautores, & ſi
obedientiſſimi.

Et credo equidem, non tam peſtile
tes fuiſſe priùs, nec ea volviſſe mente, im
verò tractabiles, morigeros & verac
fuiſſe, etiam conceptâ jam ſpe officii. S
id contingere ſolet in iis, qui claudica
in utramque partem, & ſuæ cupientes ſ
tisfacere cupiditati, & Dei tamen non d
ſerere favorem & gratiam; ſed quonia
decipiuntur nimis in hoc, quòd ſe cr
dant diviſis animi oculis ſtante videlic
officii affectu, poſſe ſe altero oculo virtu
tis perfectionem, & altero reſpicere ſ
dem à ſuperbia, & ambitione concup
tam, uno genu Deum adorare, & alteru
Baali flectere, ideò eò deveniunt; qui

enim talis eſt, omninò Deo acceptus non
eſt, ſed in conſpectu ejus læſæ Divinæ Ma-
jeſtatis reus. Non conſiſtunt ſimul Arca
& Dagon; implicat velle ſtudere perfe-
ctioni, & gerere voluntatem ad officium,
nimis pravus eſt hic affectus, intentio
mōſtroſa, Deoq; odioſa; deteſtatur quip-
pe Deus has amorum Chymeras, & fu-
neſtas copulas repugnantium volunta-
tum, implicat, inquit Philoſophus.

His bene expenſis RR. PP. non mira-
bimini ampliùs, quî fiat, ut in fratre iſto,
in filio veſtro N. tali, nil movendo, oran-
do, objurgando proficiatis; latet anguis
in herba, in radice ſitum eſt, non in ramis,
in corde latet virus, quod priùs evomen-
dum, quàm admittat medicinam; fruſtrà
apices decutit, aut truncat, ubi radix
computreſcere incipit, ſuſcipient equi-
dem verba corripientis, & inter monentis
verba erubeſcunt, omnē ſpondentes obe-
dientiā, humilitatē, charitatē cum omni-
bus, ſed ficta eſt, hypocriſis eſt; deſcendit
ut aſcendat, eſt namque, qui ſe nequiter
humi-

humiliat, & interiora ejus plena ſunt d-
lo, ſi hactenus non cognoviſtis, quâ
ſcripſerit invidia, animorum concitati-
nes, &c. in veſtrum Aſceterium, ſcru-
mini, & invenietis hæc occulta latibu

Occulta ſanè, quia nec ipſimet, qui
ingrediuntur advertunt, quò vel ubi g
diantur, nam quis eorum ſic ægrota
tium credet ſe invidiâ laborare, vel in
diam eſſe, tacere dum laudatur hic vel
Officialis, cujus ipſe ambit locum & o
cium, ecce doctum audit, ſedulum, pr
dentem, & qui potens ſit in opere & ſe
mone, qui ſtudeat fortiter, qui ſcrib
ſubtiliter, dexter in omnibus, Exempla
in vita, ô quàm ingratus hic ſonus in au
re ambientis. Et quid ad hæc ille? cont
dicet & opponet; an conſentiet? abſit u
trumque, nam ſi hoc, creſceret opin
bona in illo, ſi illud, manifeſtæ fierent co
gitationes cordis, & ſuſpectus redderet
tanquam qui ambitioſus eſſet, & lividum
haberet oculum, tacet ergo & mœret
Suſpicerem profectò hanc tuam tacitur-
nitatem

nitatem mi Religioſe, niſi ſcirem, te morbo hoc vix curabili ægrum, quia cùm cæteroquin tam pronus ſis ad loquendum, ad detegenda aliorum ſecreta tam incurius, in hoc tamen te maturum, tam taciturnum exhibeas ubi de optimi viri, de Officialis laude bene meriti agitur, de prudentia & doctrina diſcurritur, te habeas tanquam eſſes homo non audiens, aut ignorans quis eſſet, non ſuſpicio, ſed condemno, quia damnabile nimis; quid enim? cur dum de defectibus illius, de ſiniſtro quopiam agendi modo, de verbulo incautè forſan prolato, inſtituitur ſermo, tam largus es, tam liberalis in verbis, tam meditabundus in cogitationibus, ruminans & ſpeculans, quomodo oleum affundas, materiam præbeas, quid non fingis ut ei quippiam affingas, ut addas ut augeas interea, timens & trepidans, ne colloquium tam ſuave, tam deſideratum interrumpatur, ô peſtiferum malorum malum! ô malum inquietum! ô fontem amarum! unde tam amara profluit unda?

Re-

Repeto & repetam: hoc vitulen
toxico, qui afflatus eſt, non quieſcit ſe
ſim inſtillare cœteris, detractionum, ſ
ſurrationum venena, contra Officia
quorum ambit locum. Ah Deus, qu
iniquè, quàm callidè, quàm perversè n
rarò contaminantur ab his etiam ſimp
ciſſimè gradientes, in domo Dei amb
lantes pariter cum conſenſu, eò quòd m
la malè & peſſimè hauriant à tali æmu
iniquiſſimè ſugillante famam ſuorum S
periorum, & Officialium. Mihi conſ
ſum, impoſſibile fore ex toto pacific
poſſe ſervari Monaſterium, ſi vel mini
hujus ſcintilla latet in corde etiam uni
tantùm: neſcio enim, & explicatu diff
cillimum eſt, quàm latenter, & inadve
tenter ſæviat, dum ſerpit, quouſque ſu
pentibus univerſis, quòd priùs puſtu
minima, imò nec ut nævus conſpicieba
tur, aperiatur in gangrænam odiorum
contentionum. O quàm fœlix clauſtru
ubi Maria non invidet Marthæ, & vi
versâ! quàm miſerabile Monaſteriu
ubi fit ſecus, &c.

# GEMITUS XI.

## *De eadem materia continuatio.*

*Heu mihi ! quàm denſis nox incubat atra tenebris?*

QUi priùs jucundus eram in vita mea; ſiccine circumdandus eram nube tenebroſâ, qui priùs ambulans in clara luce, exultabam ut Gigas ad currendam viam mandatorum tuorum Domine, cùm dilatares cor meum ſpe officii ? & modò cur venit ſuper me indignatio, cùm deſpicior? alius præripit locum, quem merebar ego ? ſiccine ambulare debui in vacuum præparans, & diſponens me ad altiora? modò mihi obtenditur humilitas, patientia ſuadetur, & pax cordis, ſed fruſtrà : grave nimis eſt poſt talem confuſionem arripere, cui non aſſuevi; nonnè ſatiùs fuiſſet, nil mihi unquam dixiſſe de officio, quàm ut modò confuſus retro cedere cogar? multa obganniunt de periculis regentium, de felicitate ſine officio viventium, de ratione rigoroſa Præſi-

dentium

dentium ſed fruſtrà, non tam facilè ſed
bunt, quod longo temporis tractu in
luit. Sat diu abjectus vixi inter Conf
tres, non eſt cur me reprobent; æquè
lia, imò plura & præclariora dona m
ſunt & dotes ad adminiſtrandum of
cium, quod iſti modò confertur; ſed
Domine, quid ſi adhuc ſpes foret acq
rendi, quod modò tanto cum cordis
dolore perdidi? tegerem occultum co
vulnus, perdurarem in humilitatis a
bus, nec deſcenderem de cruce conſol
te me ſpe ulteriori. Secus, proderit ali
inquirere locum, ut ſi fortè ignoto p
exhibeatur honoris, maximè cùm ſc
ptum ſit, *non eſſe prophetam ſine honore, n
in patria ſua*, præſertim cùm & omnib
de me conſtet me repulſam paſſum, n
ignorant de meis actibus perperam
admiſſis, ita, ut fruſtrà ſperem
me aſſecuturum, quod
intendo.

Reſpo

Reſpondet & arguit Chriſtus,

*Eò quòd perverſâ gradiatur viâ &c.*

COmmiſeratione dignus es, & lacrymis, quia cùm lacrymandus ſis, non lacrymaris, dolendus cùm ſis, non doles; ſimilis ut ſolent infantes, qui latitare ſe credunt; dum faciem abſcondunt: ô miſer! quid agis? quæ confuſio tibi foret, ſi hos tuos conceptus clarâ luce intuerentur confratres tui? ſed ſcias oportet, quòd multis apertè cognoſcunt ex externis, quæ in mente volvis; quoniam actus tui denuntiant de te, ex quibus ipſi clarè advertunt, quòd ambitio ſubvertit cor tuum, ut cœlum non videas, & cœleſtia, qui ex Deo eſt, Dei adimplere ſtudet voluntatem non ſuam, cum tanta cordis inquietudine nemo ſibi ſumit honorem inter electos; niſi qui vocatur ut Aaron. Durum tibi videtur, quòd cum te credas præfixum & deputatum fuiſſe ad officia, modò negligaris, deciperis miſer, an fortè

fortè quia advertiſti, Superiorem tibi
nevolum, affabilem? an fortè, quia in
lit ad ſtudium aſceticum, & ſtud
ſublimius, Caſus, & Theologica? ab
putas diſpoſitum, & deſtinatum. O
mota ſunt hæc, nec diſpoſitio dici po
niſi in mente fatua & venenato afflatu
ficii infecta, quæ priùs ſibi in phanta
phantaſticas formavit officiorum id
& chymeras, quàm vel ii, quorum in
eſt conferre, de iis cogitârunt.

Sed objicis, omnes actus meos &
dia eò direxi, in id unum collimans,
voti compos fierem: culpâ tuâ id egi
ita ut meritò redundet in caput tuu
quoniam infectum erat palatum tuu
nec ſapiebat tibi ſermo, niſi qui titilla
hunc affectum, ſed malé, ideo meritò h
pateris: ſed reſipiſce, ſi ſapis, niſi tibi co
petit, vel de congruo quidem, quoni
miſer, & miſerabilis es. Siccine cordi t
eſt, quòd humillimum omnium ſervi
in profeſſione te ſpoſpondiſti, & prop
bendario recipi ſupplicaſti? an miniſt
ri veniſt

eniſti ? & non potius miniſtrare ? re-
are vis,ſed vide,an ex me,vel potiùs ex
bolo : memor ergo eſto, unde excide-
& prima opera tua fac, quando ab o-
i lethiferæ hujus peſtis contagione re-
tus vivebas cum ſervis Dei in charitate
non ficta, & quare apertis oculis in
pulum impingis naufragium paſſurus,
mercium, non vitæ temporalis, ſed
rnæ fœlicitatis ? an ita ſurdus effectus
ut & cæcus fias ? nonne cernis te invi-
tabeſcere, quæ dæmonis eſt teſſera ? an
antiam tuam non advertis, quæ ſu-
biæ filia eſt, & Luciferi pediſſequa?
id ſibi volunt tot mentis turgidæ con-
tus ? quo machinationes improbæ &
uſationes in peccatis, tot verborum
bages, tot jactantiæ Symbola, modò te
rium, modò humilem, modò obedi-
tem propugnans acerrimè, modò de-
tus tuos non excuſans ſolùm, ſed etiã
virtutis colorẽ appingens, hunc laudes
faciem, vellicans à tergo famã & inter
c tamen tu nulli patere credis mentis

conceptus? falleris nimiùm, non ita
ſunt, ut cœcitatem tuam, & miſeriam
dignoſcant; dudum patefactæ ſunt
chinationes cordis tui, ſed non eſt, q
deat tibi ponere ob oculos, quia no
ſuperbiam cordis tui, & amarulent
vindictam ſciunt te ſpirare protinus
linguam exacuere: Ecce filiæ Judæ,
tres ſalutis tuæ amantes ſuſtinent in
tatem cordis tui, & tacent condol
tibi, & parcentes infirmitati tuæ; tu
miſerans miſerere tui, & revertere, em
bi aurum ignitum charitatis, quid e
an mens tibi deeſt, tabeſcere in iniqui
bus tuis? recognoſce, quàm cœcu
imò optandum eſſet, ut cœcus fiere
tam grande peccatum non haberes. V
quò perveniſti, vanam gloriam no
prehendis quidem ampliùs, omnia
dés licere tibi, ut acquiras, quod affe
aſt non ita; Deus eſt in cœlo, qui au
& exaudiet eorum, quibus tu domi
meditaris, & imperare, preces, mitte
eis alium paſtoré, qui eos paſcat, eoru

que ſalutē ſollicitè quærat, meliùs quàm tu, qui te tam iniquè intrudere conaris.

## *Obſervatio.*

At multa dicta ſunt hactenus, ſed nihil me dixiſſe arbitror, ubi penitiùs expen- o vitii hujus incommoda, & faxit Deus, quidem ei placet, ut à Superioribus in- ngatur ſcribere de hac re fuſiùs aut et- m volumen integrum, quod facili ne- tio fieri poterit conficere.

Nunc aliqua notanda videntur, quali- t ſubintret, & quomodo, & quàm la- ter hic deplorandus effectus, abſit au- m, ut in faciem alicui dicatur, tu fies ali- quando talis, vel talis Officialis N. diſpo- as te, utere talentis tuis. Abſit, inquam oc ut fiat unquam.

Frequentiùs ergo non vigilantibus ſu- r cuſtodia ſua, ſe hoſtis immittit, hoc rè modo:

Eſt fortè Superior alicui pluſculùm af- ctus, familiaris, & favorabilis, miſcens ſermonibus ſuis cum tali verba quæ-

dam de temporalibus , aut de iis, qu
lutem aliorum concernunt, vel diſpli
tiam, etiam verbulo unico monſtrat
tra hunc, vel illum Officialem (abſit,
de abſolvendo aliquo verba faciat, q
eſſet in manus dare gladium minore
eò quod non ambulet, ut vellet : Ah!
nam non contingeret ; Et quoniam n
omnium ab omni paſſione defecatus,
rumpit ad extrà ebulliente bile, aut m
tis inconſtantia, concepto protinùs i
in fratris corde, cogitationes generat
ſermo, ab his tranſitur in meditation
inſufflat amor proprius, ignemque e
tat, ut exardeſcat paulatim hic frate
concupiſcentiam primò hujus officii,
quoniam aſſequi priùs nequit, q
poſt quā alter fuerit amotus, admitti
vidiæ ſcintillas, cui, dum non fortiſſ
reſiſtitur, deſinit tandem in ea, quæ in
terioribus ſat fuſe inſinuavi. Ita feſt
ſtipatur mora temporis rigando, quo
ad trabem perducatur, ſic, inquam, d
primæ tentationi cedit, roboratur hic

fect

fectus; hic demum flagrat deſiderio, & a-
more rei affectatæ, ſic adimpletur in eo
quòd qualiſquiſq; eſt, tales & alios judi-
cat. Ex ſuo ergo affectu, dum alios meti-
tur, ſuſpicatur æmulos.

Ah! quot modò tumultus in corde?
devenitur ad ſuſurrationes, detractio-
nes, vindictas, eò ſolùm collimantes, ut è
medio tollant, ſi non perſonam, certè ta-
men exiſtimationem, & opinionem; quo-
niam prævalere ſe deſperat his ſtantibus,
confuſionem abhorret & arcet, quantùm
valet, utpote officere credens ſuo inten-
to, verbulum duriuſculum contra ſe pro-
latum, ut deſpectum reputat: Et ſicut
Poëta canit: *Stat pro ratione voluntas*, ſic in
his hominibus hâc lue aflatis ſtat pro ra-
tione cupido, & affectus pravus, omni
toxico virulentior. Excœcatur ſenſim ſi-
ne ſenſu mens illius, obſcuratur charita-
tis aurum, mutatur color optimus, nec at-
tendit talis, imò nec advertit, ubi chari-
tas læditur, vel humilitas contemnitur,
& virtus negligitur: ſtat pro ratione
cupido.

cupido. Humilitatem quidem ſimu
nonnunquam; ſed quoniam ſimulata,
cata, ficta, & falſa eſt, facilè dignoſcit
prudenti, & licèt verum ſit, ordin
quòd morbum cognoviſſe, ſanâſſe
nequaquam tamen huc quadrat, imò
ulcerabis magis, ubi mederi volueris,
ſpem reſcindendo, aut ineptum dicen
imò dic ei, ſi audes, quòd ineptus ſit
officium, ut aſinus ad lyram, fruſtrà ill
ſperare, ſtultitiam eſſe, præſumption
vitandam; væ tibi, ſi id egeris, quia p
terquam, quòd corrugabit vultum,
torvis oculis te intuebitur, ſenties cen
rem tui acerrimum, argum experieris, q
linceis te oculis aſpiciet, imò eò teme
tatis procedet, ut actibus tuis defæca
ſimis, & optimis invigilans, atque ſug
lans, maculas in eis notabit, appinget,
affinget, verba tua librabit, imò crib
bit, & ſi quid furfuris in eis erit, protin
in auras, & aures ſparget, optimâ ſimil
gine NB. vel intentionis, vel incon
minatæ mentis, ſuppreſſa ſub mod

Ne

Necdum finis, quia corrodet famam tuam dente leonino, ut zoilus, qui priùs apparebat ut Angelus, & expers omnis doli; in his omnibus non eſt, quòd mireris, quòd in hoc fratre tam citò corruerit ædificium, quoniam ædificata fuerat ſuper arenam, quod afflante vento contrario neceſſariò corruit, quia ſtare non potuit contra irruentes fluctus; ceſſet modò Prælatorum inquiſitio, qui fiat, quòd hunc ſuſpiciones fatigent, illum in furorem penè agant rancores & tumores mentis, iſtum ignis iræ devaſtet, iſte ſeditiones moliatur, & ad rebellandum universos inſtiget, alii ruptis obedientiæ vinculis, filii Belial efficiantur. Ceſſet Superiorum admiratio, quòd Conventus tam ſubitò mutatus ab illo ſtatu bono, in quo fuerat priùs, quòd turbata pace inſufflent folles invidorum ad concitandas diſcordias animorum. Ceſſet admiratio, qui factum, ut in atrium, in theatrum, in domum tam ſanctam (qualis eſſe deberet Cœtùs Religioſorum) delata ſit ſcœna

tam obſcœna, tam funeſta, quæ mort
inſperatò repræſentet; hoc enim eſt ill
faſcinum, quo mentes ante licet lim
diſſimæ nebulis caliginoſis iræ, impati
tiæ, odii & invidiæ, involvuntur; h
ſpiritu, qui ſemel inficitur, exhalet, n
ceſsè eſt, fœtorem deterrimum, & q
priùs mel, & lac ſub lingua ſubitò mu
tus in virum alterum; non jam fun
mel hyblæum, ſed fel labia diſtillabu
myrrha defluet, lac deficiet: hoc un
decennali ſtudio aſcetico me didiciſſe
parte arbitror, ſed arbitror, & arbit
ſolùm, quia comprehendi neſcio an po
ſit, & inveniri fundus vitii hujus, qu
videtur eſſe abyſſus; mihi pro lemmate,
Emblemate erit quod, qui hic laborat:

1. *Continuò patebit invidiæ facibus p*
*nus cogitationibus tumidis, & ſuſpic*
*ſis.*

2. *Proficiet nunquam.*

3. *Semper evadet ſe deterior:*

Quia hypocritam aget indubitante
Falſus eſt hoc Abbas ille, qui pri

ſemp

ſemper defixis in terram oculis, & demiſſo collo incedens cunctis modeſtiæ exemplar fuit, factus Abbas erectâ cervice in magnis, & mirabilibus ſuper ſe ambulare cœpit, totuſque factus alius ab illo, qui fuerat priùs: Diſplicuit res iſta confratribus, quorum unus audacior, illum humilitatis, modeſtiæque prioris commonuit; cauſam inquirens mutationis tam ſubitæ; ad quod Abbas memorabili cum ſarcaſmo repoſuit.

Ne mireris, quòd enim in terram figens oculos anteà quæſivi, jam reperi, manum ſimul protendens ad claves in latere ſuo pendulos; dum hæc diceret. Nec ratione, & modo diſpari alter ille, qui & ipſe ſic intravit, ſic invenit, quod quæſivit, cui non rarum anteà erat ſedere ad terram in Refectorio exigente ſic, vel culpâ, vel loci Religioniſque conſuetudine, ubi & cibos expanſo deſuper rete è feneſtellis illis conſtrictis velut per clathros levare cogebatur; geſſit ſe in hoc actu, ut ſe ſolent humiles modeſtè & patienter

&hilariter, omnium in oculis talis, q
lem ſe exhibebat foris ; verùm ubi qu
mente verſabat, fuit aſſecutus Præla
ram ſcilicet, duriùs agere cœpit, & ex ſ
limi Prælationis cathedra corripere, c
fundere, increpare, & increpando ſ
rum magis fuorem & averſionem au
pans, quàm amorem, & authoritatem
evenire ſolet, ſibi conciliabat.

*Aſperius nihil eſt humili cùm ſurgit in al*

Verùm ſuorum nonnemo impat
tior, dicam, an audacior neſcio, pri
eum humilitatis, & demiſſionis co
monens, nominatim forſan actum
patienter exercitũ obtruſit; tulit mon
tis monitionem, ac ſimul repoſuit c
memorabili ſarcaſmo; captas jam reti
aves, nec retibus opus ampliùs: Hæc ſ
parenthesin. Semper & ſemper ei,
talis eſt, ut officium aſpiret, occur
tibus, quæ Eclipſin ſuperducant int
tioni, ſemper faceſſet negotium Sup
ri, ſemper erunt, quæ bilem ei pro
bunt & ventrem facient amareſce

hu

hunc quiſquis tangis verbulo, vel parum duriori, fides tangis quæ ſonum reddunt ingratum nimis; Momus erit tam oculatus, & argus tam argutus, qui minutiſſimas quaſque feſtucas intuebitur in oculis aliorum, in ſeipſo ſemper monophtalmus, luſcus & cœcus. Nulla in hiſce fidelitas, vel ſinceritas, & ſanè quiſquis amicum quærit & fidelem ſocium, tali obſecro non jungatur, non fidat, proditorem namque ſentiet & hoſtem tantò magis nocivum, quantò plus ſubdolum, ſi vel in minimo illi contrarius fuerit, aut etiam minùs applauſoriè ipſi locutus fuerit, imò ſuſpicabitur facillimè de innocuo, quod nec cogitârat, ſicque efficietur ei hoſtis irreconciliabilis, & tunc planget, quia ſecreta ſua revelârit tali, credetque mihi in univerſis, quibus præmonui. Et quis medebitur malis iſtis aut certè præſervativis præoccupabit? Superiorum prudentia ſuarumq; ovium accurata cognitio, quos ſicut nequaquam inſtruo, magis ipſe inſtruendus, ſic obſecro, ut invigilent, ſi quieta volunt ſua Aſ-

ceteria, ne irrepat, vel ſi irrepſerit, pro
nùs expellatur. Sed qualiter obviandu
hoſpiti tam furenti, qualiter expellend
ubi ſe ſemel intruſit; ah! ego aporior, h
ſiquidem certum eſt, quod vix unquà
monitis, vel adhortationibus reduca
tur; idem namque hoc eſt, ac ſi ulcus al
quod peſtiferum & læthale, aſperſionib
aquæ medicatæ, aut fomentis mollib
linteorum, aut linteolis odoratis unguen
tis, goſſipiis velim ſanare; ah! ſicut nih
iſthæc aut parùm juvant, ſic in hoc mor
bo eſt; ſed quid tandem adhibendum
qualiter medendum? Reſpondeo, quò
ignis applicandus, ferrum adhibendum
eſt, ut gangrena ſerpens reſcindatur,
ſpes, inquam, omnimodò propellenda,
& ſit licet quod triſtabitur, triſtitia hæc
ad horam ſolùm erit, vertetur autem in
gaudium ſuo tempore, ſatius eſt unum
talem triſtari & affligi, quàm turbari cæ
teros. Nec vos retardet RR. Superiores à
dura correptione, & doloroſa reſecatione
vel agni tractabilitas, aut obedientiæ

prom-

promptitudo, in vanum ſperatur, aut creditur conſtantia, aut in virtute ſoliditas; quamdiu ſunt prægnantes, quamdiu mentem ferunt, intus virulento potu, & infectâ labe contagioſam. Virum doloſum abominabitur Dominus. Eſt hoc innatum infernali huic cupiditati, ut licet introducat cohortem tartaream, vitiorum ſentinam, omniumque ſit feraciſſima, ita tamen palliare novit, ut decipiat, vel ſagaciſſimum in via ſpirituali: veruntamen rarò diu, quia cùm intus ferveant, quaſi muſtum, difficulter vim retinent, quin potiùs foras erumpunt, hinc velut ex ungue leonem dignoſces.

Ad arguendum cæteros ſunt libertini, plerumque impatientes, & quod pejus eſt, ſub virtutis ſpecie, ut zeli & charitatis proximi defendunt ſuas paſſiones, furores propemodum vendentes pro actione zeloſa ad exemplum Chriſti Domini ejicientis de templo vendentes & ementes, graves Religioſi haberi volunt, cùm nihil minùs

minùs in ſe habeant, & cùm perfectio ma-
gis in humili ſufferentia conſiſtat, quàm in
acri concertatione, cunctis ludibrio ſunt,
& in omnium oculis, velut tophus in pul-
verem fatiſcunt, tacent fortè tamen cæteri
ob infirmi audaciam & imperfectionem
nimiam. Ad interrogandum tardi ſunt,
ad diſſolvendum univerſa dubia velociſſi-
mi, confingentes in reſolvendo perſæpe
ex proprio cerebro, quod nuſpiam lege-
runt, adeò, ut verè compleatur in iis il-
lud: *Ubi dubitant peritiſſimi, abſolutè re-
ſpondent indocti*, adde *& ſuperbi.* Mirantur
nonnunquam optimi Superiores Religio-
ſum ante protervum, refractarium & re-
bellem tam citò ad ſe reverti, & à quo
prius impugnabatur Superior, nunc pro-
pugnetur, qui coluber erat, & cera-
ſtes in via mordens, & obſervans omnium
pedum greſſus, modò zelo fervens de-
fendit in omnibus ſuum Superiorem? mi-
rantur inquam, hoc minimè advertentes
non eſſe hanc mutationem dexteræ Excel-
ſi, ſed immutantis hujus Circe ſpem of-

ci-

ei, dico & affectum. Scire cupis, mi Lector, hoc, quo dicam, fundamento? inſufflet Auſter, turbo veniat & tempeſtas, quæ ſpem enervet. Succidite ô RR. Patres arborem florentem, dicite ei ſeriò & nervosè, ita ut credere cogatur, tu minimè evehêris, ineptus es &c. talis erit, qualis fuit ante, ubi non ſpirabant zephyri, ſi non pejor. Probatum eſt, Multa dixi, ſed plura ſemper occurrunt.

Quia video, quod nulla ſit his hominibus votorum ratio, ſtabilitatem vovent, & ecce nauſeant ſuper loco, quem profeſſi ſunt, vel inhabitant, quoniam deſperare incipiunt, ſe his rebus ſtantibus minimè promovendos, inaudierunt fortaſſis alibi perſonas habiles ad officia deeſſe, vel promoveri juniores etiam, & ſe minus aptos, illuc protinus tendunt animo; omnique conatu, ſuccedit continua Generalis, Provincialium & Viſitatorum inquietatio, quatenus obedientiam migrandi extorqueant, verùm ne adultera videatur intentio, & animus depravatus, prætendunt

dunt

dunt aëris incommoda, capitis gravedi-
nem, affectum Hypochondriacum, Me-
lancholiam, ſtomachi cruditatem, cathar-
ros moleſtantes, vel certè perfectioris viæ
& vitæ ſtimulo ſeſe agi obtendent, obe-
dientiam voverunt, ſed prô dolor, votum
enervavit officii affectus, quia quidquid
jubebis, verebitur famæ & honoris decre-
mentum ac fortunæ remoram & officii
conſequendi impedimentum.

Humilitatem promiſit, ſed ecce quàm
abhorret modò omnem humiliationẽ; in-
juriã reputat, ſi non audit Religioſus, gra-
vis, maturus, & exemplaris, ô hypocritã.

Paupertatem vovit, ſed en! hominem
capite attonſum, veſte cucullatâ ſtultum
pro Chriſto ſeſe profitentem, appetere ve-
ſtes cultas, calceamenta elaborata, ac deni-
que nitida omnia, & cur cur hoc? cauſa in
promptu eſt, quia ut appareat talis, qualis
audire deſiderat, videlicet, gravis, for-
moſus, ſubtilis, generoſus, quid? dic eum
politicum, ſi non acceptior ei eris, quàm ſi
ſanctum appellaſſes, ulteriùs ſe exerit hæc
pau-

paupertas, cernite mihi hominem mendicum & pauperem, & qui ut eſuriem arceat, ſtatum Religioſum ingreditur, nullibi in mundo locum reperturus, ubi ſibi provideretur tam largè, tamque latè, hic incipit murmurare & conqueri, quia ferculorum non expletur numerus, condimentum non abundanter, vinum non eſt ſpirituoſum; imò non eſt purum, ſed mixtum viliori, raucedinem fortem ſentit in gutture, anguſtiam in pectore, gravedinem in capite, ecce damnum! ecce periculum univerſi quod ſubſiſtit, accerſatur Medicus, præſcribantur pillulæ, ordinentur catapotia, protinus vocetur Chirurgus, ſecentur venæ, edamus & bibamus, quia membra ſumus Ordinis, Religionis, & loci, propter nos ædificata omnia, fundata univerſa, quæ cernimus, & hæc tam impetioſè, tam impetuosè, tam irreligiosè, ut affligat univerſos. An vos O miſeri homunciones, miſeri quia immemores dierum malorum, dierum paupertatis veſtræ & miſeriæ, Monaſterium fundâſtis,

do-

dotaſtis, & patrimonio veſtro ditaſtis; intolerabile profectò; veriſſimum illud Juris: aſperius nihil eſt humili cùm ſurgit in altum ſuperbiæ & arroganriæ faſtum, ſcitur bene,non inficior, deberi vobis de congruo neceſſaria, ſed quod tam immemores omnis pudoris & Religionis,ſtatûs & conditionis, unde excidiſtis, audeatis petere hæc & illa pretioſa, curioſa, nova ciborum genera in abundanti, ac denique optima quæque, tanquàm qui optimè de Deo,de loco & Religione quam incolitis meriti, tam audacter, tam impudenter, tam imperatoriè,hoc eſt,quod juſtè lancinat Prælatum, Superiorem, imò Fratres univerſos,diceretis ſaltem, ut edocti eſtis in Novitiatu, peto hoc illudve propter Deum humiliter & reſignatè, fortè non judicaremini illi,qui eſtis modò; nec adeò affligeretis veſtros Officiales, hæc & alia licet in multis aliis videre fit, plerumque tamen in illis clarius cernitur, quos hæc peſtilens officii febris corripuit.

Devotum vidiſti forſan in Novitiatu & primis

primis annis Religioſum, ecce! quàm modò nullum demonſtrat, ecce quàm obſervat greſſus ſingulorum, diſcutit actus, & ſermones aliorum ponderat, librat & cribrat; ſenſibus incuſtoditus, vagus & omnis devotionis expers, & unde hoc? correptus eſt febri hâc lethali; Senioribus ſic laborantibus, ſic affectis & affectantibus, non adeò ſuccenſeo, ſed juniores eheu hâc lue tam citò, tam maturè, vel ut rectiùs tam immaturè afflatos lamentandum eſt; corda, quæ tam multiplicem ad ſemen Dei in iiſdem ſeminatum protulerunt fructum, tam ſubitò induruiſſe deflendum eſt. Unum adhuc malum eſt & tam grande, ut obſtupeſcendum ſit tam parùm animadverti, caneſcere nimirùm inter iſthæc incommoda & periculoſa itinera, nec tamen attendere, vel in cognitionem venire; miror, inquam, Seniores frequenter tam incurios, tam exoculatos & rudes, qui audeant per modum vexæ & ſarcaſmi pulſare juniores aſſerendo, tu fies œconomus, coquinarius, &c. Credo

ego Luciferum cum univerſa dœmonu
caterva,tam ingentem in anima Religio
ſtragem unâ vice non edere poſſe,quàm
dit unicus talis ſermo,& detrimentum p
coris,quid eſt, niſi ignominia paſtoris,
ſcitè inquit Gregorius.

HincSuperiores obſecro,ut ſi Religio
ſos quietos manere velint, in hoſce ſe
mones talium tam malitioſorum, vel ce
tè rudium hominum ſæviant & abſci
dant, ego ſanè ſemper exiſtimavi, in ſu
ſenſu periculoſiores, quàm libidinoſ
diſcurſus,quos uti non tolerant, ita miro
quî fiat,ut non magis ſolito fulmen in iſt
torqueant, & in eorum peſtifera collo
quia, cùm ruinam manifeſtam præſagi
Status Religioſi.

## *Reformatio per propoſita Deſiderantis Officium.*

DIſcuſſi O Domine latebras cordis me
quoniam illuminâſti cor meum,quo
nox obſcurabat, ſed quomodò profer
audebo mirabilia, quæ reperi ? profera

tamen

tamen, quia palam tibi ſunt omnia, nec quidquam abſconditum eſt ab oculis tuis, video Domine ſerpentes, & monſtra mille imperfectionum, ſuperbiæ, jactantiæ, invidiæ, & depravatam inſuper intentionem in omnibus, & quod charitatem credideram, modò dolum deprehendo fuiſſe, & in omnibus me perperam egiſſe, eò ſolùm ſemper collimans, ut aliorum famam minuerem, quatenus mihi tantò facilior via ſterneretur ad N. Officium. Sed dixi nunc cœpi, amodò expendam.

1. Periculoſum eorum ſtatum, qui præſunt, præſertim cùm vocati non ſint, ſed ſequentes affectum ſuum pravum, ſeſe inſerunt.

2. Miram eorum cœcitatem miſerabilem conditionem fluctus, & tentationes, & affligentia deſideria eorum, qui tali affectu laborant; ſi œconomicum officium eſt O anima! vide horum pericula, quæ niſi tales cautiſſimè attendant, cum perverſis mundanis pervertuntur, eorum imbibentes mores, vitam & omnia mala.

Et

Et anne corpus, & fœdam quandā co
moditatem diligis quàm ſalutem tuam
æternam fœlicitatem? an forſan eſca,
potus eſt tibi regnum cœlorum,

3. Terrebit me utique competenti
invidia & ſtratagemata iniqua, ut me
jiciant, patebis enim ita, crede mihi Fra
multorum invidiæ.

4. Quàm ſecurum ſit Deo ſibique
xiſſe expendam, maximè cùm forſan
vi moriar, & ubi ſecurius in Cella, qu
poſitus in officio? ſiſte gradum anima
ne ſis quaſi una de ſtultis mulieribus, q
bonum dicunt malum, malumq; bonu
Væ nobis! væ nobis, ubi agnitam ve
tem oppugnabimus!

5. Firmatum mihi erit, nihil agere
quam, vel omittere, quod non age
aut omitterem, ſi ſpes officii non fo
humilitati proinde cordialiter inſiſt
nec quæram unquam gloriā meam, ex
mationem, aut honorem; Deo rem co
mittens, ejus interea voluntatē explo
do, approbando, amplectendo & e
quendo.

N

Nota, nonnullos graviſſimè decipi in hoc caſu, dum vel prævident ſe ad officia quædam ſpecioſa aptandos, aut eadem affectant, neſcio, quàm ſubtili ratione tenent vanam gloriam ſuam, credentes ſe cum merito poſſe dona, excellentias & ſimilia (qualia ſibi utinam non plus ſæpe quam reverà habent, imaginarentur.) coram aliis propalare, nec quicquam ſtudium humilitatis curant credentes opus eſſe ut ad ea, quæ in mente obfirmârunt, officia ſeſe diſponant. In his videre eſt, quod licet habeant aliquam ſoliditatem in virtutibus, nec deſit illis voluntas ad perfectionem, tamen moveantur ad paſſiones, vel ad minimam etiam confuſionem, abjectionem, correptionem, aut deſpectum, quia credunt per talia ſe impediri à ſpe, vel affectu, quem gerunt ad officia. Eſt obex & grande impedimentum, quamdiu in hac verſantur ſtultitia: Eſtò autem, quod aſſumendus ſis, mi Frater, ad officium, ubi authoritas aliqua requiritur, apud eos, quibuſcum converſaris. Eſto,

 inquam,

inquam, hoc, nunquid per humilem con-
verſationem, & patientiam amittes ?
Minimè. Eſt hoc etiam multis aliis
ſuetum, quod propalent quidquid
runt, vel putant ſibi eſſe honori & glo-
eò quod ſic ſcalam ad officia ſe fabri-
credunt. Econtra per dejectionem m
authoritatem & reputationem, qua
fortè ex officio deberetur, ſed ut ann
vit bene nonnemo alius.

Raró hoc nonniſi perfectis valde,
iam ſi Officiales ſint, competit ut ſe, ſ
dona, &c. quæ æſtimationem ſui c
ciliare in aliorum cordibus poſſent,
ferre poſſint meritoriè vel licitè.

1. Ob ſcandalum aliorum, quia
fiat magna cum cautela, id advertunt
exinde ſcandalizabuntur.

2. Quod ordinariè concurrat va
ſuperba ſui complacentia, vel honoris
petentia, fecerunt quidem hoc multi S
cti, ut S. Paulus, item & alii Sancti,
nota eſt & fuit illorum ſanctitas, q
hoc ex Divino non autem amoris, &

pe-

rentiæ honoris proprii motivo proceſ-
rit, nec erat periculum ( utpotè ) perfe-
ullius faſtûs vel appetitûs laudis pro-
iæ. Et quod non ſine inſtinctu S. Spiri-
s, cui & attribuebant, id fecerint.

6. In cella proindè vivam, velut nun-
am futurum ſit; ut aſſumar ad officium,
& fortaſſis continget nunquam.

7. Omnem diſcurſum de hac materia
giam, imò & loca & perſonas, ſi fieri po-
ſt, declinabo, vel certè divertam, aut
mpeſcam eos, qui hac de re loquuntur.

8. Omnem deniq; occaſionem fugiam,
i aut ſpes concipitur, vel concepta auge-
r, ſive per aliorum ſermones, ſive per
nceptam, aut concipiendam de me exi-
mationem in cordibus aliorum, idque
fine, ut quietem cordis conſervem, &
unione Divina non avellar.

9. Intentionem mutabo, & quicquid
riùs agebam boni, ut fuêre humilitatis a-
us, reverentiæ ergà Superiorem, fideli-
atis in propugnādo ejus honore & exiſti-
atione ab iis non deſiſtā, ſed quod tunc

ſpe officii faciebam, modò proſequ
amorem Dei, Cœleſtiſque Gloriæ,
amore voluntatis Divinæ ſic volen
jubentis, ſic ſeverè præcipientis, ſub
minatione diſtricti judicii Dei.

## GEMITUS XII.

*Grave ſibi judicat, quod amorem filial ga Superiorem perdiderit.*

RECOGITO O Deus ſalutis meæ a tiſſime, quàm aliquando fili quàm amorosè amaverim me periores, Patres ſpirituales, ſed mo noro, quî factum, ut dum ii lac p nant, abhorream; nauſeat anima m per eorum adhortationibus, & in a thium vertitur quidquid propinan animæ ſalute, emoritur ſenſim aff filialis, & tamen interim obedire n eſt, ſed ah! quàm dura obedientia, tantoperè diſſideat obedientis ani mente præcipientis! ſcio equidem, meo, dum recogito quantoperè ad diendum invites, imò compellas, ita

ſtere, vel juſſa declinare fas mihi non ſit.
erumtamen conqueri mihi liceat coram
Domine, quid opus tam inceſſanter
onere, arguere, imperare, & imperando
crepare. Sufficiat ei quod vivam, ut alii,
grave nihil committam, quid opus ut
e veluti pecus inſanum propellat, con-
ndens & exacerbans. Non placet mihi
odus iſte, ſentiam cum aliis quibuſdam,
os pœnitet conſtituiſſe eum Regentem
per nos, quia non habet ſe, uti ſperaba-
us, mallem ut alius ejus teneret locum.
u Domine, qui potes omnia, fac quod
ſideramus tantoperè, vides enim &
e, quàm verba ejus & actiones ſine ſale,
e modo, ſine diſcretione ſint. Sufficere
dit, ſi objurgat, ſi increpat, quaſi gran-
s inde appareat, aut authoritatem ſibi
nciliaret, parùm curans, quid efficiat
cordibus noſtris, quàm parum ſit pro-
uum nobis. Prudentiùs ſanè faceret, ſi
m reſpectu aliquo procederet, utpotè
i & nos profeſſi ſumus, & membra lo-
& Ordinis, O quàm alius erga me fuit

antehac, quàm magna ſperare me fece
quamobrem etiam promovere ipſum
natus fui, verùm frigefactus, emor
eſt ille affectus, vel certè ſolùm pro
ma & ſimulatus erat, quia jam aliu
mihi modò exhibet, quàm fuerat pr
totus mutatus ab illo; veriſſimum
quod honores mutant mores, mutave
mores, mutaverunt ſanè, ſed uti
in meliùs. O quàm gratus fuit antea,
ei defectus inſinuavit, modò ah quàm
grè audit, imò & nemo id tentare præ
mit, nemo omnium modum ejus vive
audet ei remonſtrare. Et quid tande
Cùm ſic ſe ipſo evadit quotidiè impe
ctior. O ſi ſciret, quot nævos, quot de
ctus & errores inſcius committeret, qu
aliorum corda exulceraret, quàm a
omnes diſplicentiam generaret, & fa
dium, quàm reſpectum & amorem e
varet; ſed trepidant univerſi, pars ſpe
pars timet, hic ut evehatur altius, diſſim
lat, tacet alter ne deponatur, cæteri ne
gratiam incurrant, conticeſcunt pari

quod miſerabile, non deſunt, qui pal-
nt in ipſo tam molliter reprehendanda,
n loquuntur applauſoriè,ut mirum non
quod intolerabile exiſtimet, ſi alius ze-
ccenſus errorem ei conetur ponere ob
ulos,& nævos,nec etiamſi id fiat humi-
er,& modeſtè ſervatâ omni reverentiâ
reſpectû, ſuſcipere videatur in bonum,

## Reſpondet Chriſtus
### *Monens & increpans.*

NE mireris fili, te iſtam pati in animo contradictionem, ſed mirare potiùs, quod tuam amiſeris ſimplicitem & humilitatem, charitatem priam relinquendo, quæ tibi omnia redderet ſuavia,dum conſiderares eum, qui per periorem loquitur, ſimpliciter tunc te ejus obſequium,& præceptum geſſiſti, ed præbuiſti modò autem ſerpenti tarreo, admiſiſti ſuſurrum ejus, quia cœiſti diſcutere modum præcipientis, & itam examinâſti, hæc amodò incipiunt te reddere moroſum,& tardum &

ſomnolentum ad opera obedientiæ. I
xiſti te inſuper illis, qui ambulant ext
collo, qui non verentur contradice
obloqui Superiori, cùm te opport
reſpicere ad perfectiones, & ad p
fundamenta: ſic eſſet tibi, ut fuit
Superioris converſatio, ſermo amabil
omnis quantumvis dura correptio t
rabilis, ſi ut hominem defectuoſum,
doctum, impetuoſum conſideras, fa
corruet ædificium tuum ſpirituale, ſed
di & time, qui ſuum Superiorem non l
bet loco Dei, nec Deus eum habebit l
filii: reverentia ei debetur interior & ex
rior, quia non tam homini offertur, qu
Deo, cujus ille gerit vices; quoniam n
fallunt verba mea; qui vos audit, me a
dit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Sed dic
forſan eum abjectum eſſe, vilem & p
ſionatum: nihil hæc te excuſant à Pr
cepto, à Reverentiæ exhibitione, quoni
is in eo tibi intuendus eſt, pro cujus am
re eſt ſubvectus, præmium autem te m
nebit tantò excellentiùs, quantò is abje
ctior,

ior, qui præſidet, quia & tantò magis Deo obedientia & reverentia placet. Ego, qui infinities majoris conditionis fui, vide, quid præſtiterim S. Joſepho & Matri meæ. Præſtat ergò, ut depoſitâ duplicitate & proterviâ ovem te geras, quæ nihil minùs curat, quàm paſtoris mores, & ingenium, modò ad paſcua ducatur pinguia.

Sufficiat tibi, ſi nihil tibi malè præcipiat, cùm tuus paſtor, pater & tutor ſit; Beatus eris & quietus, ſi iſthæc ſervaveris. Quoniam carnalis eſt Superior, per quem Deus in animas derivat ſuos favores cœleſtes, quem ſi quis protervè per contemptum ſeu inobedientiam obſtruit, ſibimet influxus vitæ æternæ abſcindit.

## *Obſervatio.*

DIci ſolet in proverbio: *Familiaritas parit contemptum*, quod etiamſi in perfectioribus locum non habeat; apud infirmos tamen leves, & imperfectos locum habes, ſat eſt compertum, *Lude*

*cum filio, & contriſtabit te.* Eccleſ.
Quod ſicut univerſim verum eſt in om
re, ita nominatim in ratione agendi S
perioris cum ſubdito, magiſtri cum di
pulo, qui dum aſſueſcit agere familiar
cum ſuis, paulatim incurrit conten
tum, aut certè reſpectum enervat in e
rundem cordibus, & vice verſâ, ubi ſe
iam minus amicabiliter præbet; amari
dinem generat, magnâ proinde dexteri
te opus eſt, ut & amor, & authoritas p
riter acquiratur & conſervetur, quâ rati
ne id fiat, in promptu eſt, ſcilicet virtu
hæc utique ſola pulchros & acceptos re
dit, ſicut & per ſe ſola virtus ſplendet,
ſplendeſcere facit. Quare falluntur qu
cunque ad conciliandum ſibi amorem p
crebram condeſcenſionem, conniven
tiam, aut laxitatis permiſſionem id fa
ciunt. Imò cernitur paſſim, quòd vir
tute pollentes, eſtò ſæviant per correptio
nem, modò tamen nôrint infundere o
leum, quatenus in cicatricẽ vulnus coë
amantur plus à bonis (bonis dico, qui
mali

alis odioſa eſt virtus, nec placet eis, qui
cundùm Deum ambulant) quàm ſi con-
verent, fœlix quem virtus reddit ama-
lem, & dignum reverentiâ.
Sed cauſas ego internoſcere cuperem,
ui fiat, ut tam frequenter Superiores,
iam apud probos perdant amorem.
redo, quoniam mos quibuſdam eſt,
exagerent ſingula, acriter corripiant in
inimis, continuò increpantes & objur-
ntes dicta & facta filiorum reproban-
: remuneret ipſis Deus intentionem
culpatam, quoniam ad humiliandum
rum ſpiritum iſta faciunt, verùm om-
a in pondere & menſura, ſi fatui fo-
nt, aut toti rudes, qui nihil eorum in-
lligant, ſicque Superioris dictis ſimplici-
r crederent, defendi poſſet, aut excuſa-
modus hic agendi. Verùm evenit ſub-
itis, ut ubi vident, nihil ſe boni præſta-
e, vituperari omnia, ſuggillari, & repræ-
endi, callem obducant, & frontẽ obfir-
ent ut petram duriſſimã, ita ut incaſſum
erba Superioris defluant, imò deridean-

tur corde, ſi non ore, credentes ſem
exaggerationes eſſe, etiamſi veriſſima,
pura eis veritas prædicatur, hoc effici
hoc modo. Alio modo, ſed eheu iniq
nimiùm perditur quandoque authori
opinio, & reverentia Superioris, ni
rum ubi ſcarabæi & invidiæ clientes,
æmulatores officii reperiuntur, his q
adjungitur, niſi multum fit, ſolidus d
fluet, ac velut muſcæ morientes perde
dorem unguenti, id eſt, opinionem p
claram de ſuo Superiore, ita fit eheu,
nonnunquàm juniores incautè cuſtod
ubi ſe his adjungunt ſenſim ſine ſen
dum à principiis ſanctæ obedientiæ in
fundamentis divelluntur, à lacte ma
pariter abhorrere incipiant faſtidiente
Nec eſt, quod miretur aliquis, cur iſtu
cauſa in promptu eſt, quia ubi famæ
dor in corde evaneſcit, amor ſimul int
peſcit, & perſona Superioris amareſcit
velut enim cibi fragrantia paſcit, nutri
ſapidumque eundem reddit; ita Superio-
ris bona exiſtimatio.

Aſt væ ſuſurronibus iſtis, qui eam debilitant, enervant, adimunt, & eximunt è cordibus gradientium ſimpliciter! O quis dabit, quod opto unicè, ut in hoc ſapiant, & caveant, cautéque ducant oves ſuas paſtores (Magiſtros Superioreſque intelligo) ne lupi & agni paſcantur ſimul! O quoties infectæ tam tenellæ plantæ horum venenoſorum afflatu ſterileſcunt? quoniam cor eorum velut cor tigridis & verba quaſi venenum Reguli, oculique quaſi Baſiliſci. O peſtilentes & peſtiferos! quàm multi ſanè magnam, & diu retinent ſemper retenturi de ſuis Superioribus, aut aliis etiam Officialibus cæteriſque opinionem, maximo cum fructu & profectu, qui tamen ubi his ſociantur cum detrahentibus detrahere, cum perverſis perverti incipiunt, errantes ſicut oves, & utinam vel vocem ovis aut ſpeciem retinerent, nec pro balatu ululatum luporum murmur & vafritiem aſſumerent!

Sed quid his poſt hæc remedii? niſi ut

ſeriò expendant periculum , in quo ve ſantur ? præſertim ſi ſenſibus incuſtodi paſſionati in verba detractoria, ſuggila ria, aut deſpectum cauſantia prorum pant, conſiderent quàm facilè hîc etia mortaliter peccetur ; legatur Navarrus alii : graviſſimam punitionem in Datha Core & cæteros murmurantes cont Moyſen, qui vivi deſcenderunt in infe num , recogitent.

Notandum etiam , quòd mutet ſpe ciem peccati ordinarié explicandam Confeſſione circa Superiorem : dein evidentiſſima eſt nota filiorum Belial, q meritò eſſent ſeparandi à communi cœt juxta conſtitutiones SS. PP. quonia Deo odibiles, ſimiles Cham filio Noë, q patris verenda detexit , & proinde male-dictionem meruit.

His tamen quandoque evenire ſole (ſed utinam ſemper aut certè priùſquã ve-rus aliis infunderent) quod papilioni, qu circum lucernam volitans eam omnibus modis conatur extinguere, ſed aliud non

efficit, niſi quod aduſtis alis ſibiipſi mortem conciſcit, ita & hic, qui mores ſui ſuperioris perpetuò circumeunt ut nominis ejus famam & flammam extinguant, ſed ipſi aduſtis nominis, ſui alis obruuntur, & æternæ flammæ niſi reſipiſcant, addicuntur. Scitè Gregorius, *Qui contra propoſitam ſibi poteſtatem murmurat, aut malè ſentiens ei detrahit, liquet, quòd illum redarguit, qui eandem homini poteſtatem dedit.*

Hi ſibi jure approprient, quod, inquit Petrus Chryſol. *Avelle à ſolo Solis radium, non lucet à corpore membrum & putreſcit, ſepara filium à devotione paterna, & iam non eſt filius, ſed pater & collega eorum, de quibus dicitur, Vos ex patre diabolo eſtis.*

Sunt tamen nonnulli, à quorum moribus & actionibꝰ (neſcio cur) naturali quaſi faſtidio abhorrent ſubditi, diſplicent omnia etiam minima, ipſi ergo ſe diſcutiant, ſi forſitan ſingulares in omnibus actionibus ſint, ut talem diſplicentiam poſſint emendando eximere.

Aliis diſplicet Superior, quoniam n
ejuſdem nationis, ſed ſub alio ſydere
lum, & Solem conſpexit in nativitate,
quàm hîc miſerum vivere, niſi conte
ptum arceat talis Superior verborum
nitate vel largitate, aliave dexteritate, q
devinciat ſibique jungat animos à ſea
nos: ſecus conſtanter dico, nævi in ſe c
ſpicientur accuratiùs, tollerabuntur
griùs, quàm in aliis ulcera & tubera f
diſſima, in quibus non eſt hæc radix a
ritudinem germinans; fœlix ille Sup
rior, fœlices Congregationes, ubi q
ſubſunt & obediunt, præſidentium n
perſonam, vel vitium perſonæ, ſed vic
ejus, cujus repræſentat ille, intuentur.

His expenſis ceſſet admiratio & ind
gnatio eorum, qui cernunt ſe in horu
animis amareſcere, amorem evaneſce
labefactari authoritatem, perſeverant t
men, & tenaciſſimè retinent mores di
miles, voces inſuaves, defectus diſplice
tiam generantes, nec eos corrigunt, a
quod lacrymabiliùs, audire à ſuis de
gnantur.

# Parergon

## *Ad RP. PP. Superiores & Magiſtros aliorum.*

DEbet *Superior credere* (inquit Claudius Aquaviva in induct. Cap. 14.) *poſſe etiam in ſe ipſo non exiguam eſſe culpam, & ſi non committendo aliquid, quod interdum evenit, ſaltem omittendo, vel ſi non in re peccavit, potuit fortè in modo peccare, exiſtimet ergò ſe debitorem eſſe, &c.* Sicque juxta D. Gregorium lib. 9. Epiſt. 8. ad Bennonem Abbatem: *Vulnus abſcindat, ut non etiam ulceret, quod ſanum eſt, ne ſi plùs quàm res exigit, ferrum impreſſerit, noceat, cui prodeſſe feſtinat.* Eſt Medicus ille laudandus, qui ſepoſito timore ægrum membrum reſecat, eſt è contra minimè commendandus, qui ne mœrore ægrum afficiat, voluntati eum ſuæ relinquit, eſt tempus corrigendi, eſt tempus diſſimulandi, eſt tempus rigoris, eſt tempus lenitatis, quæ omnia diſcretio Superioris diſcernit: ſunt, quibus non tam verba, quàm ver-

bera

bera proſunt, & vice verſa. Verumtam
vix credo, quempiam facilè ſuadere
vitiem, maximè autem verborum aſpe
tatem, cùm nihil ita ornet Superiore
ita nihil moveat alios, quàm exhorta
hominis manſueti: Ah quàm abſonu
ubi neceſſe eſt obſervare diem & me
ſem, ut ſerenum paſtoris & Superio
vultum experiatur ſubditus! ô quàm g
ve hoc afflictis, qui, ut lac ſugant, ad p
pillas avolant, & loco lactis abſynth
illitas animadvertunt! ſit tunc, ut qu
factum experta eſt in quibuſdam, & u
futurum prædixit S. Thereſia alicubi,
*è nata diffidentia, cùm de parentis affectu d*
*ſperent, ante immoriantur malis, quà*
*ut ea indignabundo judici & exſperato ap*
*riant.* Floreat ergo, floreat, obſecro
manſuetudo ſaltem in verbis, ſi non
manibus per largitionema,nne tam cha
ſunt verba lenia, quia tam pauca ſunt
Credite mihi, hæc virtus cùm ſit caracte
animi paterni, ſi defuerit, evaneſcit pa
ter, iterum dico, credite mihi veſtra au-
thoritas,

oritas, & cum authoritate amor, eritis neglecti, & viventes vivetis inter filios veſtros, linguarum ludibrium, mentis nauſea, & animorum faſtidia. Econtra hinc etiamſi ſolam habuerit Superior, etſi ſit quædam in largiendo tenacitas, aut ad ſuccurrendum tarditas, habebit amorem, & bonum odorem, obſiſtant licèt rebelles in clauſtro compeditores, oſores, & diſcoli, ſemper obtinebit gratiam in bonis, metum in perverſis. Miror ſanè, ſi antur, qui hanc virtutem aut ſuperioritati officientem authoritatem labefactantem, aut denique dignitati præjudicantem opinentur: altioribus ſanè dotibus debetur authoritas, quia talia profectò non adæquant inopiam meritorum ad defectum neceſſariarum virtutum, imò adimunt. O quàm amabiles efficiuntur, qui amicabiliter converſantur; ſecus quanta miſeria, ubi pro melle fel propinant, & fumum verba redolent, bilemque ebullientem indicant. Eſt quidem, non inficior, & ſummopere

quidem

quidem neceſſaria, quandoque ſeve
& rigor, ſed fruſtra corripitur, argu
& increpatur ſubditus, niſi ea etiam ad
beatur, aut mentis à paſſionibus defec
ſerenitas aut dexteritas, quâ ſic co
pto, ſic confuſo infundatur oleum q
tenus vulnus humiliationis in cicatric
coeat agnitionis & emendationis. Plac
regnare, & regnando increpare, plac
inquam, quibuſdam timor & reveren
in ſubjectis, ſed quid ſine amore timor
Religioſis?

*Oderunt peccare boni virtutis amore: & econt*
*Oderunt peccare mali formidine pœnæ.*

Hi proinde conſtringendi & coërcen
di, cùm namque timore magis, quâ
amore, pœnis, & ſeveritate potiùs, quâ
benignitate trahuntur, puniendi ſunt, ub
delinquunt, in hos retorquendum ful
men, ſiquidem pacem & confratru
animos turbant cum offenſione publica,
nec convivendum ullatenus, ut omnes
omninò volunt, ſervata tamen ſemper ſa-
cra quadam animi manſuetudine ut dum

ſic

ſic premunt, non opprimant, ſed puniant ex zelo Dei, & amore ſalutis.

Eſt & aliud ſub Sole malum, quòd utinam non eſſet, quando videlicet is, qui in ſublimitate conſtitutus detrectat ſibi ob oculos poni nævos errorum, ominans aut exiſtimans detrimentum, aut honoris ſui decrementum : ſed non ita R R. P P. imò detur mihi & talis quidem, qui in ſublimiſſimo etiam honoris faſtigio ſit poſitus, ita, ut creſcere nequeat ultra in potentia honore & exiſtimatione, huic creſcat ſupereſt, ut ſe ſubmittat, hoc uno modo creſcere poterit ſecurus magnitudinis cum humilitate, ſublimitatis cum affabilitate : quare vix credo Deo gratius, filiis ſuis ut illius, quam ſi ab eiſdem deſiderent commoneri de iis, quæ perperam committunt, & diſplicentiam creare poſſunt.

O ſi id agerent, ſi eos amarent, qui liberè labes eorum aperiunt, ſi ſe demitterent ad capiendam formam ab iis, qui & vident in eiſdem, quæ non vident ipſi!

Quis

Quis enim, obſecro, R R. PP. ſe in fac
ſic videt ac alius, ut hoc aut non nec
rium, aut indecens judicetis. Quæſo
nolite abhorrere typum, ad quem
configuretis, non autem refert, quòd
tè obtendi poſſet, quòd minùs ii, qui
monent, ſint prudentes, ac ſcientia
rùm præditi, aut diſcretionis expertes,
de rebus quibus vos inſtruere & men
cupiunt, nihil inſtructi. Quid enim?
non Moyſes præ omnibus, qui tunc
terra erant veris ſenſibus imbutus, ta
que frequenter in Domeſticam Dei
troductus? nihilominus vir tam dive
tus, cum Rege regum in tabernaculo,
monte educatus, atque inſtitutus in a
Principis toto orbe illuſtriſſimi, vir ta
acuratè eruditus in arte regnandi, hic
quam juſſus bene regendi artem accip
à paſtore Madianita, religione extran
& rudi dominationis. Ita, ita vult Deu
ut admittantur etiã doctrina non conſ
cui, imò rogandi forent, quos arcet p
dor, & vetat timor, audietis ſanè q

mag

Magno vobis poterunt eſſe emolumen-
to, ah! avertat DEUS, ne aut aſpernan-
ter corripiantur, arceantur, aut quòd
teriùs, objurgentur, qui vos monent
fideliter, quoniam conſequetur ex hoc,
quòd & amorem & favorem perdatis a-
pud veſtros, quibuſcumque vivitis! Ah!
utinam ah! quis dabit, ut fiat hæc à Præ-
latis & omnibus iis, qui in ſublimitate
conſtituti ſunt, ut inquam, cùm Heli Sa-
muelem ad partem ducerent, & rogando,
conteſtando, præcipiendo extorquerent
illud, *quem me dicunt eſſe*? quem ſentiunt?
non obſervant in me emendanda? au-
diunt profectò veritatem, præſertim ubi
is, qui ſic rogatur, ſic urgetur ab ambitio-
nis & adulationis fece fuerit defecatus.
Nec intermittendum iſtud, eſtò ſe ſciant
inculpatæ vitæ, nihilque funeſtum vel
ſcandaloſum admittere, credant potiùs
firmiſſimè, quòd eò, quod in ſpecula po-
ſiti ſunt, & in ſublimi, nævi conſpiciantur
nimis accuratè & magis, quàm in cæte-
ris ulcera, verbum quantumvis nulla
paſſione

paſſione fœdatum, ſed inconſideratè
tùm prolatum rapitur ex ore eorum,
cor reponitur. Ecquis verò dicere p
rit, *mundum eſt cor meum, quis me a*
*de peccato*? Certè nullus Planeta tam
celſus, quin luminis defectionem pa
tur, nullus ager tam purgatus, quin
ſtro egeat & ſarculo, nemo tam ſan
qui non nævos contrahat, vel rubigi
& illuminari dedignamur? nemo
nium id afferet, id detrectabit, ubi d
luminatione, de veritatis agnition
mentio; ſi ſic, ut quid vox illa? *pru*
*ego & prudentior vobis, me quid inſtr*
*ignari, imprudentes & inſcii*? Non ita,
ita RR. PP. *nec enim qui ſe commen*
*ille probatus eſt, ſed quem Deus commen*
doleo ego interea vices eorum,
optima ducti intentione, non tam
riſſimè, quàm modeſtiſſimè ſe inſinu
amore potiùs & reverentia quàm co
gendi libidine, optimoque zelo ducti
inducti defectus inſinuant, & errores,
tamen repulſam patiuntur, quæ tali
p

ſt hæc fiducia, quis affectus, ubi ad ſin-
riſſimam exſpectationem comperiunt
niti corrugari faciem, inflammari o-
los? Hanc cùm optimis quibuſque vi-
liarum Religionum, credo Religio-
m ruinam, quia Prælati dedignantur
dire monentes. Si Doctor erraverit,
is ei monſtrabit errorem; ſi talis Præ-
us defectum commiſerit, quis eum
nebit? quis eum ſanabit, ſi læſus
rit? *ſanet, moneat, corrigat, arguat,*
*ipiat, cuſtodiat eum, qui cuſtodit Iſ-*
*l.*

Certum tamen eſt, ſervandam ſemper,
m corrigere vult ſubditus Superiorem,
deſtiam & reſpectum ad eum, cujus
gerit vices: adeòque magis puniendi
ò arcendi forent ii, qui expertes omnis
doris, amoris & reverentiæ effutiunt
jori cum exceſſu, quàm is erat in Su-
riore, quem monere cupiebant. Mode-
ſſimè ergo captâque prius benevolen-
â & dicendi licentiâ, explicatâ etiam
ntione, & amore erga eum, qui

Chriſti gerit vices, depromat, qu
mendandum cenſet.

### *Reformatio per propoſita.*

1. NUnquam diſcutiam, quæ mi
junguntur, ſuadentur, aut pr
buntur à ſuperiore, ſed obediam ſi
citer & ſine mora.

2. Reſpectum ſemper ſervabo a
periorem, licèt is mecum agat le
pueriliter, reſpiciens vicarium à
mihi ad videndi normam tradend
natum.

3. Nunquam irreverens, levis, a
miùm familiaris ei ero in vanis ſer
bus, quin potiùs appronatus popli
proſtrato corpore frequenter culp
gnoſcam coram illo.

4. Cavebo omni modo, ne ipſu
offendam, ei contradicam, aut eu
triſtem.

5. Abſit à me, ut diſcutiam, qu
ipſe, aut qualis ejus vita, ſed juxta m
tum Chriſti, *quæ dicit faciam: neſcit*

*e, qui didicit obedire, quia hoc tantummodo num putat, ſi præceptis obediat.* Gregorius.

6. Semper totus in eam curam incum-
m, ut Superioribus meis honorem de-
am, illorúmque tuear exiſtimationem,
que eos unquam aut in animo, aut a-
d alios contemnam, vel contemni pa-
r, quantùm in me eſt, etiamſi quoſdam
eis defectus deprehendero, ſed excuſa-
potiùs, cogitabóq; plures iis peccandi
caſiones ſuppetere, atque infeſtioribus
tationibus dæmonis pulſari, ſicut in
ælijs majori omnes ſtudio aut capere,
t perimere ducem moliuntur, quàm
emlibet cæterorum.

7. Petens ab illis aliquid, faciam id re-
nato eo carendi animo, ideoque ſcuto
tientiæ me priùs communiam.

8. Ab iiſdem increpatus non me excu-
bo facilè, ſed veniam deprecabor, ſi res
is fuerit, ſi gravis, humi proſtratus cul-
am agnoſcam.

9. Abſit, ut unquam pungitiva in eos
ba jactem, rememorans illud Pro-

 phetæ:

phetæ : *Qui vos tetigerit, tangit pup*
*oculi mei, & qui vos audit, me audit, q*
*ſpernit, me ſpernit.*

17. Cellam Superioris mei tra
inclinabo paululùm ad monſtra
obedientiam.

*Qui ſuum Superiorem non habet l*
*Dei, nec Deus eum habebit loco filii.*

## GEMITUS XIII.

*Quòd inter falſos fratres vivat.*

O DEUS ! in quo exulat omnis
tas, non eſt veritas, non eſt cha
& ego cui fidam, qui vivo inter Re
ſos; non eſt ſanè cui tutò poſſum f
imò formant diſcurſus ab hoc, & ab
& illa re, & quidquid ſincero prom
ctore, rapiunt ipſi de ore meo, ver
quam ſimplicia, nec ullo vel fuco, v
lo falſificata deferunt ad Superiores
multis exaggerationibus, menda
fallaciis, inſidiantes in abſcondito,
gitent in obſcuro rectum corde, in

r, ut rapiant pauperem in ſuſpicionem,
pœnam & contemptum. Ah Domine
us! inquinata ſunt clauſtra mendaciis
echnis falſiſſimis, & ego quò ibo?
ocum agam? cui fidam? En loquun-
pacificè in faciem, jurantes etiam in
ma mea, & ô dolum! à tergo inſidian-
, omnia lance ponderant, ſugillant
ula. Ah! quando muta fient labia do-
, quæ loquuntur adverſus juſtum ini-
itatem, ſi palam in me inſurgerent, &
ciem exprobrarent, ſuportarem uti-
, aut me defenderem, ſed latent in in-
is detrahentes animæ meæ, & hoc eſt,
d me modò cruciat, quia ſe adverſa-
s minimè fatentur, & tamē ſurrepunt,
ltis acceſſibus, & quidquid de me
iunt, quaſi grandia referunt, etſi ſunt
ia, ipſi efficiunt gravia addendo. Pau-
dico, ſed gemens expono, exulat hinc
nis candor, ſinceritaſque Religioſæ
ritatis cuſtos, fucata ſunt omnia, cun-
mendaciis intertexta, veriſſimè ſepul-
a dealbata, quæ eminente verborum

benevolentia humanitatem & amicit
mentiuntur, quibus perfidum anim
tegunt; ſub melle & ſaccaro venena
cultāt, ſub molli ſpongia novaculam
munt, ſub roſeo ore & facie affabili
jaculantur, ſub lilio & viola toxica re
dunt, lupi ſub pelle ovina, & vulpes
tæ. Nam cùm agent, minimè tamen
lia agere fatentur, fiducialem mei
ctorationem extorquent longis ve
rum ambagibus, quod cùm fecerunt,
tantur in abſcondito faciei ſuæ, imò
cùm ſint contra eoſdem, apud quo
deferunt Superiores, de ipſis loqui
piunt, & diſcurſus formant, ſat long
tantùm intentione, ut me capiant in
mone.

Sic, ſic gaudent, cùm malè fece
cùm ſupplantaverint, & exultant in re
peſſimis, lætantes & tripudiantes
quam de adepta victoria, ubi defe
mei, & ignorantia mea in palam fiun

Ah! Domine, quid agam inter has
ſtates, machinationes & dolos, accu

os, ut invidos, ut doloſos, ut ambitioſos, tractores & ſuſurrones? hoc ſi fecero, cuſantes excuſationes prætendent in nifeſtis etiam, nec quidquam fatentur, tolerabo? ſi hoc, ut reum incuſant urgentes tantò audaciùs, quantò me nunt ferre patientius; obſervabo eos iter? ſed & hoc reputabitur mihi in odium & vindictam.

Ah bonitas! ô pietas! ne auferas de ore o verbum veritatis, cuſtodi me à tantis litiis, ne & ipſe pariter incidam in hanc ntis cœcitatem, ut dum plenus fuerim lo & iniquitate, nihil eorum apprendam. Interea verò, cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi, tu ſcis, quia nter iracundum, vindicativum, ſi rtè in aliquo deprehenderent, accuſare oliuntur, imò ut imprudentem, charis violatorem, & pacem turbantem, obare conantur, & ut talia agam, ipſi laborant ſuſurrando, ſugillando, ipſibi contrarii contra me tamen cum s uniti. Sed in te ſpes mea, quoam erit, ut juſtificeris in ſermoni-

bus tuis, & vincas cùm judicaris, quaſi
bi tanta cura non foret de iis qui ſpe
in te. Credant, licèt, non me tam firm
inniti ſuper te, non deſiſtam ego ſpe
in te etiam ſi occideris me, ſi conſiſt
adverſum me caſtra, & adunati pari
ineptum ad omnia officia, & muni
beri velint, id unum agentes, ut talis ju
cet, non timebo tamen confidens, q
de me facies juxta beneplacitum tu
qui non ſinis eos prævalere adverſum
in ſempiternum, nec dabis oves tuas l
in prædam ut eas deleant, qui dum ſe
ſcere magis quærunt, quàm oves, q
potius exaudies preces ſervorum tuor
fidelium deſiderantium paſtores ju
voluntatem tuam.

## Reſpondet Chriſtus *gemebundo.*

NOn fruſtra hæc pateris, & abſque
tione fili mi, novi figmentum tu
mentis incuriam & familiaritatem

niam, fræno tibi opus eſt, ut diſcas eſſe autus in lingua, pone ergo cuſtodiam ri tuo, nec aperies unicuique cor tuum; De cætero nihil minùs metuenda ſunt ti-, quàm calumniantium lingua, & fal-loquia contra te, quod tectis grando, uctus rupibus, hoc calumnia, ſi in vi-um inciderit, ſi tibi adhuc grave cum ta-converſari, ſcito, quia necdum is es, alem te eſſe oportet, perfectè bonus n eſt, niſi qui fuerit etiam inter malos bonus.

Vide tamen, ne radix mala ſit in te ger-inans ſuſpiciones de tuis Confratribus, , ut ex hac temerariæ iſtæ quærelæ & emitus enaſcantur. Ita ſanè eſt, hæ te eddunt inquietum, ſi namque ſentires de uperioribus tuis, ut deberes, non te tam acilè exagitarent delationes falſæ; an er-go eos exiſtimas eſſe tam leves corde, ut omni ſpiritui credant? eſtò ſint, qui ma-lè de te loquantur, an credis tu, quòd ſta-tim credant? aut ſi credunt, putas, quòd abſque fundamento? norunt illi garruli-

tatem tuam, & quòd nimis citò move-
ris ad expectorandum te, impatiens o-
mis verbi durioris, & quoniam frequen-
ter de iis malè ſentias, & quid mirum,
ex abundantia cordis os loquatur tuum
ſed, inquis, adjuvant ipſimet accuſato-
res mei, & diſcurſum formant & in-
tuunt.

℞. Non nego, ſed an eo animo, qu-
tu in eis ſuſpicaris, videlicet ut te aut-
piant in ſermone, aut pertrahant ad d-
tractionem? hoc non eſt tuum judic-
imò ſit, quòd te ſic aggrediuntur tàm d-
losé, ſignum id erit bonæ adhuc de te e-
ſtimationis, quoniam necdum tibi fid-
in malo, aliàs protinus & in palam p-
rumperent credentes te non diſſenſur-
ab eo, quòd contra Superiorem pro-
tur.

Te ergò, cùm prudentior eſſe de-
res, & ſpiritualior, oporteret refræna-
linguam tuam, bonumque interioris h-
minis ſpecimen exhibere, aut contra-
cendo, aut alio quodam modo ad ſanio-
ra revo-

ra revocando, vel certè declinando, quæ cùm non facis, oſtendis te ejuſdem farinæ, cujus ſunt & alii. Et quid mirum, deinde ſi his cognitis tales ſe tibi exhibeant tui Superiores, qualem te erga ſe animadvertunt?

## *Obſervatio.*

HAnc crucem de falſis fratribus pro quodam miraculo habent quidam, ubi toleratur patienter & conſtanter, nec deſunt DD. qui de hac afflictione putent Apoſt. loqui, quando ſcribit, datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, Angelus ſathanæ, qui me colaphizet, falſos fratres intelligens, à quibus tanquam ſubmiſſis à diabolo vexabatur, dum ejus doctrinam impugnarent. Vide apud Cornelium â Lapide *in 2. Epiſt. ad Corinth. cap. 12. verſ. 7. lib. 4.* Et ſanè novit expertus, quàm grave ſit fraterno eos amore proſequi & affectu quos ſecum novit agere tam doloſè.

Ah! quàm excruciat hoc hominem

ſincerum,qui quoſque alios de ſua me
tur indole, & ſincerus ſinceros judica
Væ his tenebroſis! quia virum doloſu
abominabitur Dominus, revelabit al
quando Deus occulta tenebrarum, ſ
manifeſtabit abſcondita cordium,ibi p
tebunt cunctis machinationes cordis ve
ſtri.

O vos ſuſurrones & detractores,clie
tes & filii matris veſtræ, virulentiſſim
ambitionis, non opus eſt hic ulteriùs d
pingere vos,nota eſt eheu clara luce in
multis Aſceteriis, quid doceat hæc mal
dicta mater, ſed hâc prætermiſsâ, ad fi
revertar falſitatem & vafritiem, quib
ordinariè aggrediuntur ſimplices & m
nùs cautos etiam Superiores, ut unu
concitent contra alium, id unum ubiq
obſervantes, ut habeant, unde accuſe
cùm ipſimet pejora ſentiant, verùm
capiantur in verbis aut deferãtur ut ſu
gillatores vel competitores offici
rum, quærunt & pulſant variis diſcu
bus, ſi fortaſſe excutiant verbulu

& ecce ſtatim in corde triumphus, præſertim ubi ſibi comparem adſciſcunt pro teſte. Vos, modò conteſtor, quicunque hâc eſtis infecti leprâ, quàm obſecro confuſi ſtabitis aliquando timentes & trementes, & præ anguſtiâ ſpiritus gementes coram Deo vindice, & illis quibus inſidiati eſtis in abſcondito, quaſi Leo in ſpelunca ſua, ut ſagittaretis in obſcuro rectos corde, plus vos ipſi confundendi, quàm quos confundere iniquè laborâſtis, quia percuſſi fuiſtis mentis cœcitate, & facti indigni coram Deo & Sanctis ejus, hic palpantes in meridie, & gradientes cum dœmonio meridiano? celebratis quotidiè, ſed quâ fronte, obſecro Ah! excœcavit eos malitia eorum, ambitio fera peſſima devoravit cor eorum, ut mala non videant, cùm tamen his ſcateant. Sed mirandum hoc minimè, quoniam habet hoc ſenſus reprobus in talibus, ut etiamſi remorſum ſentiant, & divinam inſpirationem, non tamen deſiſtant, haud aliter, ut Sodomis fores Lothi volentibus perfringere, nec re-

ſipiſcunt facilè regnante in eis affectu hoc peſſimo; ſed quis obſecro ( vos denuò alloquor ) vobis ſenſus in agone? quis conſcientiæ aggravatæ & aggravantis, acriterq; mordentis ſtimulus? ubi cernitis oculis veſtris fratres veſtros, quibus ſtruxiſtis inſidias, quoſque tam injuſtè, tam iniquâ & perversâ intentione detuliſtis, ut famam eorum perderetis. Quis vobis animi ſenſus erit, ubi videbitis illos, quos ita circumveniſtis, circumſtantes vos, & præſtolantes animam agentem?

O quales anguſtiæ tibi erunt tunc, mi Frater, mi Religioſe, ſed irreligioſe, qui invide & ambitioſe! O qualia te comprehendent mala, niſi modò reſipiſcens dilataveris ſpatia charitatis ad omnes, maximè domeſticos tuos confratres! opinaris interim fortè te hoc modo, hac cum fallacia favorem & gratiam conſpicaturum apud Superiores, ſecus accidit, crede mihi, officium conſecuturum te ſperas? vana erit ſpes tua, imò & ſi conſequeris, perditio tua erit, non enim eſt æqua via

ma. O indignam Religioſo homine vitam! O miſerabilem miſeriam ſic excæcantem, ut vix veritatem unquam loquatur, imò nunquam ſe aut falsò agere dicereve credat.

Verumtamen actus eorum denuntiant de ipſis & ſanè.

Notandum pro infallibili, iſtorum ſermones continuis contextos mendaciis, licet ipſi nihil minùs fatebuntur excuſantes excuſationes in peccatis, faciunt enim ut ſolent ifantes, qui dum faciem tegunt, latere ſe abditiſſimè credunt, nec ab ullo conſpici poſſe putant; ita hi, qui uti intentionem norunt, videri non poſſe, ac nihil mali ominari poſſe exiſtimant. O miſeri fallimini nimiùm, actus veſtri denuntiant de vobis, de fructibus veſtris cognoſcimini, qui ex Deo eſt, mendacia non tam frequenter confingit, vos ex quo ſitis, modò formate conſequentiam. Diabolus in veritate non ſtetit, ſed mendax fuit ab initio, & pater mendaciorum. Ah væ his, qui in via Cain abierunt! male-

maledictus bilinguis & doloſus, mul
enim turbat pacem habentes. Pſaltes in
beatos numerat, *qui loquitur veritatem*
*corde ſuo.* Sed quid de doloſo? Sapien
verba ſunt: *Homo qui loquitur fictis ſerm*
*nibus amico ſuo, rete expandit greſſibus ej*
*ſequitur: peccantem virum iniquum inv*
*vet laqueus*: & cap. 28. *Qui perverſis gr*
*ditur viis, concidet ſemel*, & utinam ſic,
reſurgat, priuſquam moriatur. Indign
homine multò magis Religioſo, viti
hoc eſt, nec aliud, quàm proditorium n
men meretur, execrandum omnibus. H
juſmodi homo familiæ peſtis eſt, Religi
nis portentum, domeſticæ pacis turbat
alienæ virtutis oſor, talis id conſequet
ut ne quidem cùm verum dixerit, ſince
que alium proſequatur affectu, fidem i
veniat, cùm ſemper vereantur alii, ne v
borum blanditiis odium & hoſtilis in
gatur animus.

Hujuſmodi farinæ homines in exiliu
pelli juſſit Veſpaſianus, & cædi fuſtib
vivos exuri Auguſtus, nervis cædi Ma

ius imperârat, capitali pœnâ affici M. Antonius Pius mandavit. Et ſanè quamdiu tales ſunt, non faciet Deus illos illuminari per inſpirationem divinam, quoniam excæcavit eos invidia eorum & æmulatio, quæ docent linguas eorum loqui mendacium.

Hi, inquit Cæſarius, poſſidentur à diabolo, probatque loquentem mendacium poſſideri à diabolo juxta illud 3. Regum 22. *Ero ſpiritus mendax in ore omnium Prophetarum*. Ita cernimus clarè in hiſce hominibus, addunt, demunt, diminuunt, extollunt, prætereant, prout dictat animus invidus, id ſolùm ſpectantes, ut vincant, & convincunt in verbis, ſimillimi per omnia Judæis. Joan. 2. dixerat Salvator: *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Et quid illi? quomodo illi iniquiſſimi teſtes doloſi, & quàm aliud verborum ſchema comminiſcuntur? *Audivimus* inquiunt, *eum dicentem, ego diſſolvam hoc templum manufactum*. NB. *pro ſolvite*, dixerunt, *diſſolvam*. Haud aliter

iſti :

iſti: præſens & futurum mutant in plu
quamperfectum, ſemel vendunt pro co
ſucto, ſi quid non impediunt, habent p
imperato & imperativo, paſſivum pro a
ctivo, ſic torquent & intorquent ſen
ſolùm ut torqueant, ut affligant, ut off
cium, quod fortè poſſidet alter, extor
queant, ſugillando falſa veris, magna pa
vis, iniqua æquis miſcentes.

O viri doloſi! ô viri abſque miſericor
dia, abſque veritate & juſtitia! uſquequ
diligitis vanitatem & quæritis mendaci
Expendite vos, obſecro, quod mendaciu
nõn ſeneſcat, quin priùs ad canos veni
innoteſcet, creditote ac fortè ſummâ cu
veſtra confuſione & rubore, hoc ſi no
vos movet, moveat eò, quod anima
occidat, & quod Deus perdat omnes, q
loquuntur talia. *Rerum omnium*, ut pul-
chrè loquitur Baſilius, *potentiſſima eſt ve-*
*ritas*, & econtra *extrema malitiæ linea eſt*
*mendacium*.

Penſate, quia vobiſmetipſis obicem po-
nitis in via ſalutis æternæ, ſiquidem im-

poſſi-

poſſibile eſt, vos ſalvari, ni reſipiſcatis, famamque & exiſtimationem ablatam reſtituatis. Neque enim vel excuſat pudor, aut bona hominũ opinio de vobis ab hoc, quod tam doloſè, tam iniquè fratres veſtros ſupplantâſtis.

## Parergon
### *Ad RR. PP. Superiores.*

SOlent Viri ſancti aures diligenter aut obdurare ad detractorum & falſorum fratrum verba, aut certè ubi ex officio audire incumbit, auſcultare quidem, ſed judicium ſuſpendere, & ut S. Ignatius & dicere & facere ſolebat, *unam aurem delato reſervare.* Quod utinam ſervaretur ab omnibus, ſed eheu! auditur non rarò pars una, pars prima & aſſenſum reportat, quia expugnari ſe animus judicis & occupari permiſit primo aggreſſu. Verumtamen RR. PP. ſi verum uti veriſſimum eſt illud Juris: *quod non accuſatus, ſed qui convictus, reus ſit,* quomodò tam citò nec auditus, nec citatus in tribunali

mentis

mentis veſtræ damnatur,ut talis,vel tali
ſi accuſato potior auris præbenda, quã
accuſanti, cur contra reum agitur, cuj
cauſa necdum eſt diſcuſſa? parcatur inno
centi,obſecro,non pellatur tam citò bo
ipſius exiſtimatio è ſede cordis veſtri: ali
ter ſe res habet, audiatur priùs & alte
pars, diſcutiantur ſingula,detur locus ac
cuſato, ſubeſt enim invidia, æmulatio,
intentio depravata, videatur, an perſon
accuſans non fuerit antea ſuſpecta de a
fectu Officii, quia, qui ſemel malus, ſem
per præſumitur malus, niſi ſe emendav
rit. Ignoſcite, ſi vos inſtruere videor, no
inſtruo, ſed ſcribo expectorans me, & ce
lans innocuos; ingenioſa enim nimiù
eſt iſtorum hominum improbitas, qu
trabem in feſtuca, elephantem in culic
legunt & ſomniata ſibi alterius innectu
vertici, ipſaſque alieni pectoris virtute
tam ſcitè improbis, ac adultis coloribu
decolorant,ut vitia arbitramini, bis falſ
rii intentione & narratione; ſed dicet
mihi, quis noſcet inter verum & falſum

qui

quis intuebitur cor? Reſp. Hæc diſcuſſione & morâ temporis matureſcunt, & veritatem detegunt. Deliberandum eſt diu antepriuſquam ſtatuatur, quod ſtatuendum, locus relinquendus in animo eſt accuſato, ſentiet equidem interea fortè iræ ſtimulos, cor accendent verba delatoris, bilis efferveſcet, vociſque fulmen eruptionem molietur, ſed frangatur neceſſe eſt pro tunc, continenda commotio ne ſaltem in os ebulliat, quia ſanè aliter ſeſe res habet quàm concepiſtis. Hactenus de agentibus, iniquè modò quid pro patientibus talia dicemus? ſuadetur eis.

## *Reformatio per propoſita, ſuſtinentes dolos & falſitates ſuorum.*

1. TOlerabo exemplo Chriſti eadem patientis & dicentis: *Quoniam ſi inimicus meus malè dixiſſet mihi, & ſi is, qui oderat me,* &c.

2. Solabitur me divina ejus providentia, diſpoſitio, permiſſio & voluntas, quâ me vult agnoſcere mundi & hominum vani-

vanitatem, falſitatem, ſolamque menti
eo reperiri ſtabilitatem, pacem & qui
tem certum eſſe.

3. Faciliter uniar Deo, ſi in hac cru
permanſero cum reſignatione, plus ſ
ctans divinum quàm humanum favore
verba & dicteria.

4. Propter Deum nunquam conq
rar de fratrum meorum falſitate & infi
litate, cùm ſola amicita Dei vera ſit.

5. Habebo pro maxima conſolatio
quod aperiatur mihi porta cœli hor
perpeſſione.

6. Conſiderabo inevitabilem nece
tatem, quam nemo ſubit fructuoſi
quàm qui virtuoſiùs, nemo vincit meli
quàm qui patientiùs.

7. Generoſè agam & confidenter
Domino, credens, quia non nocebit m
eorum falſitas, ſi nulla mihi domine
iniquitas: *Prima Monachi virtus eſt c
temnere hominum judicia, ( & dicteri*
inquit S. Hieronymus, & alius, *aliquis*
*maledixit? ſi verè dicit, corrige: ſin f*
*irrid*

*irride, viri enim magnanimi, eſt hæc pro nihilo reputare, beati cùm maledixerint vobis &c.*

## *Reformatio falsò gradientis inter ſuos Confratres.*

1. QUoniam virum ſanguinum & doloſum abominabitur. Et diſperdet Dominus univerſa labia doloſa. Et: Maledictus doloſus.

2. Ergone ego perſiſtam conſideratis his, & multis aliis S. Scripturæ locis de fraudulento, doloſo, qui circumveniunt Fratres ſuos in mea doloſitate? abſit, ut permaneam dæmonis filius.

3. Emendans, emendabo me, & quæ videro in Fratribus meis, & nominatim, quibus tantoperè invideo, quibus hactenus inſidiatus ſum in abſcondito, quod minùs rectũ, quod contra Regulas & ſtatuta, emendabo protinus, ſi poſſum omni modo, ſin minùs non ficta, ut hactenus charitate, zelove; ſed verâ dilectione deferã ad Superiores, nec unquã reſervabo, vel

vel ad viſitationem, ideo ut confundan-
tur, quod utique peccatum erit non leve.

4. Recogitans recogitabo, quàm ſi-
millimus fuerim hactenus cacodæmoni
verſipelli, aſtuto vulpi callidiſſimæ, dum
obſervavi, quaſi ex inſidiis gàviſus, ſi de-
prehendi peccantem & perperam agen-
tem, & quàm è Diametro contrarius bo-
nis & rectis corde, quibus ſolis hæredit-
Domini promittitur.

5. Conſiderabo gravitatem peccati hu-
jus, quod lædit charitatem tantoperè, ite-
quàm facilè mortaliter hic peccetur, quà-
abominabilis proindè, quàm inexcuſabi-
lis futurus ero coram Domino, dum ſi-
dolosè ago, & quàm durum mihi ju-
cium ſuſtinendum in die Domini.

6. Tenebras interiores cœcitatemq;
horrendam expendam, in qua hacte-
celebrare auſus fui, quaſi juſtitiam fe-
rim, & legem Dei mei non dereliquerim
id eſt, charitatem fraternam, ſignum u-
cum filiorum Dei, & teſſeram non læ-
rim, non violârim.

7. Cogitabo, ſi tanta mihi confuſio
oret coràm hominibus, ſi paterent iiſ-
em doloſæ meæ cogitationes, fraudulen-
æ inſidiæ, item ſi veritatem in iſto mun-
o & propalationem tantoperè ſubterfu-
o, ſimulans & affirmans me amicum &
ncerum confratrem, quæ in illa die con-
ſio operiet faciem meam, ubi & univer-
s & vel maximè fratribus meis, quibuſ-
m tam iniquè ago, patebunt? an cum
s fortè conregnare ſperabo? doloſus cum
ndido, duplex cum ſimpliciter gradien-
e, hoſtis cum amico, verſipellis cum ſin-
ro, curvus cum recto, iniquus cum ju-
o, mendax cum veraci, invidus cum pro-
o, malus cum bono? æquè ſanè parum,
uàm dæmon cum Deo.

## GEMITUS XIV.

*Ingemiſcit, quod ſcrupulis agitetur.*

NE iraſcaris Domine, ſi effudero cor
meum ſicut aquam ante conſpectum
um: coarctor enim nimis, & tenent
e anguſtiæ, nec eſt, qui conſoletur me,

& tu quoque elongâſti auxilium tu[um] me. Ad te Domine cùm tribularer, [cla]mavi & exaudiſti me, amodò verò [quo] loco ſim apud te, ignoro, en premor! opprimor! omnique ſolatio human[o de]ſtituor, & vix ſe mens lévare poteſt præ cordis inquietudine, continuò [pul]ſantibus & irruentibus ſcrupulis & d[u]... En pſallo; ſed quantò diutiùs, eò ſtr... vehementiùs. En! oro, ſed quò cre[briùs] tantò fero duriùs, factus ſum inſu[per] deriſum cæteris, Anne ergò repell[or] à mandatis tuis? durum eſt, quod t... ſed mih ſufficiat amodò tibi revelaſſe [cau]ſam animæ meæ, Et quid revelabo, priùs omnia noſti.

*Ah! quoties victas animus gerit ... partes.*

*Et pugnant animo, fronſq; colorq; ...*

Dum patior, & tamen diſſimulo, d... tus crucior, & extrà tamen lætor, ... lacrymor, cùm doleo, rideo, ſcio, q... gam, ut diſſolvatur pectoris nodus & ... rebri conſtrictio, quæ talia progen...

dilatabo cor meum, diſſolvam animum in riſus & jocos, quia video, quod, dum lingua ſolvitur, utique & cordis nodus.

Et quid dixi Domine? ſi iſthæc tua eſt voluntas, & tibi in his complaces, cur, ſi facio, recedit à me? ſi placet tibi lingua garrula, vaga & diſſoluta, (uti tamen minimè credam) quare nova ſuccedit ariditas, in amore tepiditas, & in devotione amaritudo? non capio Domine modum, quo agis mecum, vocaſti me ad te, decrevi portare jugum, ſed cur id tam ponderoſum efficitur? Sed inquies meâ id culpâ accidiſſe, ideoque luam, ſed quouſque, O JESU dilecte votorum meorum! quæſo ne projicias me à facie tua, magnus eſt, fateor, & cunctis medicorum mediis incurabilior morbus; ſed major tu & morbo & remediis, tibi nullus morbus incurabilis, nullus languor inſanabilis, ſana me Domine, & ſanabor (ſi tamen tu vis) quia conturbata ſunt oſſa mea, & anima mea turbata eſt valde; ſed ſcio, quia Pater meus es, & cui unquàm filiorũ malè

voluiſti ? an mihi ſoli mutaberis in cru
lem ? Abſit à me, ut hoc credam de te
quere ergò, quia audit ſervus tuus D
mine.

## Reſpondet Chriſtus

*Afflicto & anguſtiato præ ſcrupulis.*

FIduciam habe, fili, in me ex toto co
tuo, in omni afflictione tua, &, ut fa
ſit hujus anguſtiæ ſucceſſus, ſpes o
tibi collocanda eſt in me, hoc ſolùm re
ro à te, ut facias, quod debes & quod
tes; debes ergò imprimis humilis eſ
oculis tuis, & abjectus ſimpliciterq;
diens, de cætero ſecurus eſto, non tibi
cebit tentatio, quantumvis duret diu
& vix ulla ſpes ſuperſit liberationis.
vit Deus ponere finem, ubi ei placuer
tibi conduxerit, novit Deus, eſtò tibi
ter videatur eliquare bonum ex omni
lo, quidni ex hac ærumna tua ? Ver
tamen habeo adverſum te pauca, eò q
non facias, quod potes, voluntatem e
Dei intelligis, & non facis, quia Supe

us non credis, nec te eorum judicio & nciliis ſubmittis.

Hæc eſt cauſa, quod morbus creſcat in- es, & fiat irremediabilis. Tu tuo judicio s, quod neutiquam faciendum, quare ſerva conſilium patris, & crede firmi- r ſimplici obedientiâ, hanc curari leprã, uid verò obmurmuras ſuperbè de inſci- a, & inexperientia Confeſſarii & Dire- oris? quid tuam doctrinam illius præ- rs? an tu conquieturos turbulentos a- mi tui motus aliter ſperas? nequaquam; ciperis, dum nimiùm confidis in te, pa- umque de Deo conſideras, qui tibi hunc odò ſubmiſit Confeſſariũ, qui per hunc vult dirigere in via tribulationis, hoc, quam ductore, hoc duce tranſibis, & ertranſibis hoc mare magnum, indue gò pueri animum, teque ipſius permitte egi conſilio, & ſecurus eris, qui licet non tã polleat doctrinâ, quam tu requiris in o, ſanioris tamen eſt judicii, quàm tu, cu- us proinde monita obſerva. De reliquo mihi de te diſponendum relinque, qui non xigo impoſſibilia.

 Ob-

## Obſervatio ad prædicta.

IMmittitur hæc tentatio frequente[r à] Deo ad caſtigandam ignaviam noſtra[m] & ſtimulandum ad virtutẽ, & certè ſc[ru]puloſis foret utiliùs, ſi ad ſolidam [vir]tutem & fundamentum humilitatis [ten]derent, conſecuturi à Domino faciliù[s li]berationem, quoniam ordinariè non d[eeſt] illis ſcientia neceſſaria ad perfectione[m], ſed vult piger, & non non vult, amo[rem] proprium prævalere ſinunt amori, & [in]ſpirationibus divinis; falſum eſt q[uic]quid dicant illi, & obtendant, ſe Dei ca[uſa] torqueri, & tot tantaque inſtituere ex[ame]na, non ſic, non ſic; ſed potiùs amoris p[ro]prii, licet aliàs, non tam mali causâ id a[gi]tur, id eſt, timore inferni, quem ut[ique] moderaretur amor divinus, ſi is pri[mas] teneret in corde, qui utique talem v[io]lentiam non exigit ab homine, ſuavis e[ſt e]nim ſpiritus ejus. Nec eſt, quod objicia[nt] ſanctiſſimos viros eâdem tribulatione v[e]xatos, idque ad inſaniam propemodu[m]

audi[...]

diant velim, qui id obtendunt, aliam rationem fuiſſe, & vel ut probarentur tiùs, & aſcenderent in via Dei altiùs, vel puniendam aliquam jactantiam, glo- lam, aut præſumptionem (quibus tu, frater plenus es) immiſſam ut patet S. Catharina Ferrarienſi. Illis inquam, eo à Domino immiſſum eſt hoc malum, i etiam ſemper exindè emerſerunt hu- liores & perfectiores, quod utinam te- m fieret.

Nec mihi objiciant hujuſmodi, San- tos, & hos inter ſanctum Ignatium Lo- lam, tanquam qui ſeſe ex alto præ nimia rdis anguſtia præcipitem dare voluiſſet, vita Cap. VI. Nam ego repono, tunc ndum tam ſanctum fuiſſe, & abſolutè rfectum, qui tamen exindè protinus aſit ſanctior, nec unquam ſuggeſtionem tam ut bonam & à ſpiritu bono perfe- ctam propugnavit, ut modò faciunt plu- imi; quidnam verò poſt iſthæc fecerit, qualiterque ab hac ſcrupulorum voragine rutus, & animo ſaniora, ſanctioraque

 ſanctiſ-

ſanctiſſimæ vitæ inſtituta ſit ampl
conſiderent & ipſi, imitenturque, vi
cet humili judicii ſui ſubmiſſione, ſic
mò quietem invenit, & poſtea ſanct
tem. Vade & tu fac ſimiliter.

Sunt & alii, quibus vel prædomin
malæ complexionis intemperies, hy
contriacus affectus & triſtes ideæ, & ex
de ſcrupuli, quibus uti intimè compa
ita unicè adhortor, ut juxtà Regulas
à Superiore præfixas ambulent in ſ
plicitate cordis ſui, non alta ſapientes,
humiliter omnibus conſentientes; ta
frequentiori, quantò minùs longiori
lent intendere orationi, ſeſe exerce
Faciet ita Deus cum tentatione prov
tum, ut poſſint ſuſtinere, longis ete
meditationibus cùm nequeant intend
obſiſtente malo hoc, conſultum foret c
brò de die actus externos quoſdam int
nis conjungere; idq; ſine ullo pectoris g
vamine poterunt, & ſanè utiliſſimũ ex
citium erit pluribus, etiam diverſis vi
bus provovendo in genua, oſculando te

ram

am, vel pedes Beatiſſimæ Virginis, petere ſtillicidium gratiæ, offerre deinde quidquid manuale operantur in laudem Dei, ſatisfactionem peccatorum & impetrationem luminis cœleſtis; obſcuratur namq; ex hoc morbo cerebrum, & animæ potentiæ tam validè, ut facilè appareat grave peccatum, quod reverà veniale vix ſolum eſt, aut etiam nullum, imò nititur contra rationem, & eandem clarè dignoſcentem evertit, quod licet in omnibus ſcrupuloſis locum habeat, in his tamen tantò magis, quantò & caput exagitat, pectuſq; ſtringit tam fortiter, ut ſomnum adimat, aliaque graviora nonnunquam mala corporis & animi inducat. Sed dat iis vexatio hæc intellectum, & uti plurium tentationum & miſeriarum eſt origo & auctrix, ita erudit mirabiliter, compaſſionem erga alios inducit, tentationes ignoſcere facit, & quod fortè alius intra longum tempus ex pluribus libris non hauſiſſet ſine hoc medio, hoc tales intra breve ſpatium aſſequuntur; ſed ut monui, ita adhuc moneo

humilitatem tales ſectentur & obedi-
tiam, ac juxta ſcientiam & lumen, quod
hoc acquirunt, operari debebunt, ſe
non in bonum, ſed in malum vertetur;
dicia temeraria declinent recurrentes ſe
per in ſe, & ad interiorem hominem ref
mandum, & cum Deo uniendum.

Verùm ſunt & alii ſcrupuloſi, tepi
& incurii, qui continuò quidem agitan
ſcrupulis, ne hic vel illic peccent,
peccârint mortaliter, mortaliter dic
quia exiguo ſtudio feruntur ad perfe
nem, venialia parum curant, cont
ſi non lethaliter peccent, his cùm
Deus, ne ſit anima mea, *utinam cali
eſſes aut frigidus, ſed, quoniam tepidu
incipiam te evomere ex ore meo*, ajebat D
minus *in Apocal.*

Cum namque Deus quaſi calcaria
hibeat, ut dum hanc tribulationem
mittit, currere incipiant viam perfe
rem, ipſi ſecus agant, neſcio quid dic
dum de illis. Ah fratres! emamus no
aurum ignitum charitatis & fervoris, q

tempus breve eſt, longa æternitas, quæ tum non expendimus, inveniunt nos hæc mala, ut mala, quæ nobis imminent, non conſideremus.

Scrupuloſi, quales qualesilli ſint, niſi obediant, curari nequeunt, ſecus ubi ſimpliciter acquieſcunt, & ſequuntur ea, quæ illis præſcribuntur, invenient pacem citò. Id notandum ſummoperè, ut generaliter eis regulæ præſcribantur, & non facilè audiantur eorum rationes & argumenta contraria. Ratio ea eſt, quia cùm ipſi inhæreant nimis fortiter, & intensè, negotium faceſſunt viro cæteroquin doctiſſimo, qui cùm aliis negotiis & occupationibus ſit diſtentus, non tam facilè in promptu habebit contraria, quibus ea expugnet, quæ affert ſcrupuloſus, quod cum cernit ſcrupuloſus, videlicet in reſponſis deficere Confeſſarium, non credit ſibi ſatisfactum, ſicque creſcit morbus in ipſo.

Mirabar ſanè non rarò, quod DD. unanimiter ſcribentes de ſcrupuloſis, eoſdem jubeant, ut tutò in omni dubio, ſive id

poſitivum,ſive negativum,ſe credant n
peccaſſe mortaliter,aut peccare; ſed mi
ri modò deſino, ubi video , in quant
devenire poſſint voraginem miſeriaru
dum hæc non applicant ſibi,nec audio d
fendentem ſe & propugnantē, in uno l
lo,in una materia ſe tantùm eſſe ſcrupul
ſum,non admitto iſtud, quia cancer eſt
gangræna,ſerpens, præſertim in tetricis
melancholicis, quibus ſuadeo unicè,
juxtà conſilium Confeſſarii præfata ul
pent,nec enim faciliùs aut citiùs juvant
& præſervantur à graviori ruina, niſi
modo, ut quoties non evidenter conſt
eſſe peccatum mortale, non credant t
Nota evidenter & ſtatim , ſiquidem u
prius examinare voluerint, an conſen
rint, quomodò & qualiter ſe habuer
&c. involventur, & eò devolventur,
quod primâ fronte apparuit, ut dubium
modò credatur ut certum, ut conſenſu
ut lethale peccatum , quod prius aut nul
lum, aut veniale tantùm apparebat.Leg
tur Gemitus ſeptimus.

# Parergon

## *Ad RP. PP. Confeſſarios ſcrupuloſorum.*

SIcut ſummè nocivus eſt hic morbus & crebrò exagitat Dei ſervos, ipſomet permittente Deo, ita nihilominus frequenter magnum adfert lumen diſcretionis ſpirituum & utilitatem atque cautelam; tum quia ſæpe reddit humiles, tum quia etiam diſponit pro aliis erudiendis, & tentationibus tum propriis, tum alienis diſcernendis. Non etenim mentitur Spiritus ſanctus, dum dixit: *qui tentatus non eſt, quid ſcit?* quàſi diceret *nihil.*

Non tamen ſic relinquendi ſunt, cùm media dentur eos juvandi, priuſquam ad irremediabilia deveniant. Sed antequam hîc ulteriùs progrediar, monendi ſunt tum omnes Confeſſarii, præſertim tamen eorundem ſcrupuloſorum, ut bene ſciant diſcernere inter ſcrupuloſam conſcientiam, circa quòd conſulendi DD. qui tales, & qualiter tractandi. Difficile qui-

dem eſt dignoſcere iis, qui aut expe
non ſunt in ſe, aut aliis. Crebrò ergo l
gendi Auctores, & inter alios RR. P
Matthæus Stotz, R.R. Gobat, & Prax
ſcrup. V.P. Roſell. Carthuſ. per totum
unde dignoſcendi, unde curandi, m
ut compendiosé diſſeram, præ omnib
aliis remediis, quæ plures præſcribun
optimum videtur, ſine quo & omnis ſp
curationis perit, nempe, ut eò diſpon
tur quatenus in omnibus obediant. Sic
enim impoſſibile eſt, quempiam curari,
hoc non præſtiterit, ſic etiã facile erit c
rare ſcrupuloſum obedientem, niſi ſit al
quis melancholicus, huic enim miſerab
lis complexio ſemper obtrudet alios, &
alios ſcrupulos, & difficillimè curantur,
niſi per diverſionem ad alia diſſipant
negotia; ſed fruſtra tamen id erit, niſi ſin
etiam talia, quæ ex ſe & diſſipant & ſimul
cum jucunditate. Cùm enim ordinarie
talium capita ſint debilia, & deſtru-
ctioni cerebri obnoxia, non patien-
tur, ſi ad aliud fortè ſtudium appli-
centur.

entur. Obſtruitur ſic quidem, vel potiùs etardatur hoc modo ſcrupulorum im- etus, ſed ad horam tantùm, veluti flu- ius retentus, poſtea majori cum impetu roſequitur fluxum; ſic & in his præſer- im ſi melancholia ſit hypocontriaca, ut edici indigitant, quæ non tantùm in apite, ſed etiam pectore vel magis orifi- io ſtomachi prout quibuſdam moder- nis medicis placet, reſidet, ibi radix ger- minans ſcrupulos, adeóque in illo quo- que juvandi, ut quidquid dilatat cor, & recreat illos, ſalvo ſemper moderamine & abſque præjudicio perfectionis conce- datur.

Augetur hæc miſeria tam in iſtis, quàm in aliis non melancholicis per crebram ſcrupulorum revolutionem, & quò plùs inhærent, eò magis involvuntur, donec vel amentiam, vel ad deſperationem, vel dum divina Bonitas favet, eò perdu- cantur, ut capite ad ſcrupulos in- dagandos, diſcutiendos propagandóſ- que inepto facto, ſaniori ducti conſilio

in

in manus Dei ſe tandem dedant, & n
rarò mira cum ſuavitate, velut infans
ſinu matris, ſic hi in fiducia & Dei miſe
cordia requieſcant, necq; tamen debēt ſ
rare quietem, nō enim tempus hoc, te
pus quietis eſt, ſed miſeriæ & calamitat
optimè tamen & Deo gratiſſimam ſi
que utiliſſimam rem facient, ſi inter ſp
& metum vivant, uſurpantes media, q
illis præſcribuntur.

Obediant ergo & curabuntur ab
lepra; præcipuum igitur ſit hoc re
dium, ut ſemper, & ubique etiam con
dictamen propriæ conſcientiæ obedia
dummodo credant ſe ſic non peccare,
etiam certò debent credere, agant, qui
quid Confeſſarius dixerit ipſis, qui pro
inde ad manus habebit omnes pro ſcru
puloſis probabilitates & alelexiphar
maca.

Hoc adhuc ſingulariter obſervandum
Confeſſario ſcrupuloſi, præſertim ſi vel
parum etiam ſcrupuloſus ſuos Caſiſtas
inſpexerit, ut reſolutè ſint ulla hæſitatio

ne

re reſpondeat, quid faciendum ſit hîc & nunc ſcrupuloſo ſe pro conſilio accedenti, & cur hîc trepidarent timore, ubi non erat timor? ſi præſertim ii, de quibus loquimur, ſcrupuloſi ſunt timorati, & mori potiùs, quàm lethaliter Deum offendere parati, ſecus certè ſi faciunt; ſi hæſitanter & timidè reſpondeant, fiet, ut ſcrupuloſus id advertens immergatur penitus in profundo ſcrupulorum, ſecus, ubi rotundè & conſtanter atque abſolutè reſponderit, juſſeritque, quid ſit agendum.

Certè nominatus hac ætate in Germania Caſuum Profeſſor R. P. Gobat ſe hunc practicare modum ſcribit in Alphabet. Confeſſ. num. 502. Verba do ipſius, ubi deprehendo magnas ſcrupulorum furias dico: *Jura mihi jam ſtatim per Venerabile Sacramentum te ſcire, quòd non ſis confeſſus, &c.*

Hæc verba dum deſcribo ex Auct. notato, video citatum ibidem R. P. Matthæum Stoz, quem ut aperio, revera reperio exactè, nervosè & utiliſſimè loquentem

quentem de hac materia, quem proin
conſulat Confeſſarius parte II.

## *Decoctum ad conſueta ſcrupuloſor argumenta & Replicas eorundem.*

1. SI haberem virum doctiorem, ob
direm promptiùs, nec eſſet mora
ſubmittendo judicio.

℞. Falſum hoc eſſe, quia tam doct
tibi non obveniet, aut obvenire pot
cui planè ſubmitteres, renitente ſem
ſcrupuloſitate. Verùm ſtante hoc tuo ſt
tu & conditione, ubi alium non reper
quàm exiſtimas eſſe voluntatem di
nam? An Deus interitum tuum poſtul
qui prævidit, præſcivit, imò ſubmiſit ti
iſtum Confeſſarium? tu tuo niteris ju
cio, quòd eſt incipere perire, fund
mentum debile eſt, tibimet creder
& proprio ſtare judicio contra ſenſus
liorum.

2. Peccatum, inquiunt, ſcrup. mort
ſit in momento, ergo non eſt, cur me
exiſti

ſtimant, & ſcrupuloſum dicant, ideo uia me paccaſſe hîc & nunc dubito & edo.

℞. Eſtò conſenſus in peccatum fiat in omento, in homine tamen cæteroquin onæ voluntatis nunquam fiet ſine diſ-ſitione prævia, & longo quaſi certa-ine, in quo ſi victus fuerit, conſtabit e-identer de conſenſu, ſi fuit, ſecus, ſi non larè & prima ſtatim fronte patet, con-nſus non fuit.

3. Non poſſum deponere ſcrupulum, credere contrarium hoc, hîc & nunc ſſe peccatum, aut me non peccaſſe mor-aliter aut peccare, ſi hoc vel illud agam, icèt id velim.

℞. Hoc facit intricata & irretita mens; Sed proba & exclude quantùm potes, quod tuum eſt, fac, in praxin deduc, quod ſuadet Confeſſarius, & ſenties velut uno tali actu magnam facilitatem, lumenque ſenſim recipies.

4. Sed non licet eum, & in tali dubio operari, eò non depoſito.

℞. Suffi-

℟. Sufficienter agis, ſi agis quod p
tes & debes, quòd autem agere debeas
exequi, quòd jubet & vult Confeſſari
vel Superior, nolunt & Aſcetici & Th
logi morales experti; reſtat ergo ut faci
quod potes, id eſt, declinando & reſili
do ab eo, quod ſuggerit ſcrupulus
mens anxia, & amplectendo, quod p
ſcribit Confeſſarius.

5. Recurrent iſta ſuo tempore, & m
ximè in agone licèt modò excludam,
non evincam.

℟. *Qualis vita, finis ita*, ſi modò fu
obediens, virtute hujus obedientiæ in
gone quoque non nocebit virtus, qu
exhibuiſti dum ſanus eſſes, nunquam
nim eſt auditum, quemquam eſſe dere
ctum à Deo, vel damnatum, qui be
obediverit.

6. Confeſſarius me non novit, nec
tuetur meam conſcientiam, qualiter ſe r
ibi habeat, ſcrupuloſiorem me judic
quàm ſim, aliàs non tam abſolutè præc
peret ſcrupuloſorum privilegia.

℟. Ecce judicium temerarium, aut p

Confeſſarium tam deſperatæ conſci-
entiæ, & tam incurium ſuæ animæ, ut au-
deat tuam animam pertrahere in perdi-
tionem, ſuadendo, quod fas non eſt, vel
non licet? an ignoras, quòd is rationem
quoque redditurus eſt ſummo Judici de eo,
quod faciendum tibi mandat, ſi illicitum
foret, ac tu?

7. Bona fide procedit, & ſic credit
Confeſſarius propter quod & præcipit,
videlicet me talem & talem eſſe, ſic facilè
excuſabitur, non item ego, qui adverto
rem aliter ſe habere, & illum circa me
decipi.

℞. Si ita foret, ut dicis, ſicut revera
non eſt, excuſareris, tamen juxta com-
munem DD. ſenſum, conſilium & præ-
ceptum, quantò magis nunc, cùm & te
cognoſcit, & ſe non decipi novit: anne
mendacem facies, quia ille dicit ſe noſſe
te, & tu dicis, quod non experientiâ de te
habitâ loquatur ipſe.

8. Mihi longè aliter videtur & in con-
trarium identidem occurrunt rationes &
argu-

argumenta, quæ evincunt Confeſ
conſilia præcepta & rationes, ita ut
miſſimè credam, illum non rectè præ
pere, ſuadere & ſentire de me.

Reſp. Hoc totum eſt, quod te c
turbat & intricat? tu adhuc tibi ſapis,
miùm niteris tuo cerebro, quod dum
tigas examinando, conferendo verba
juſſa tui Confeſſarii, ſimul id reddis
plexum & caliginoſum, ut clara lux
eſſe nequeat. Hæc te in labyrinthum
cunt, & præcipitem pertrahunt in
tam ſcupulorum voraginem, err
tamdiu, inquietus & anxius eris tamd
quamdiu non excluſis, & non prop
tuis argumentis, renitente etiam judi
tuo, ambabus manibus prehendas, q
audiſti à Confeſſario faciendum. Di
cilè quidem erit, ſed proba bis terve
tere contra torrentem phantaſmat
arce tuum, & recipere conare Conf
rii judicium; & niſi videt is auxilium D
mini ſuper te, luménque quod hacten

Confeſſion cepiſti, perceperis, mendacii me argue.

*Reformatio ſcrupuloſi, eſt unica & ſola obedientia, ſine qua impoſſibile eſt, curari ſcrupuloſum, Obedientem verò facillimè, probatum eſt.*

## GEMITUS XV.

*Durum ſibi videtur vivere cum Confratribus imperfectis, indiſciplinatis, & malè moratis.*

DEcepiſti Domine, & deceptus ſum. Tantam conceperam de loco, de Religioſo ſtatu opinionem, ad quam me vocaſti, & ſecus accidit, longéque alia reperio. Et quid tamen hoc facere voluiſti? Nonne ſatiùs fuiſſet, vixiſſe privatum in ſæculo? ecce ligatus ſum, nec pœnitere licet, quia ſerò nimis. Tædium parit vita, & converſatio Fratrum meo-

meorum, quia in medio indiſciplina-
rũ habito, nec habito ſolùm corpore;
& impedior continuis eorum impe-
ctionibus, quibuſcum ſi perfectè vi-
voluero, deriſui ſum & opprobrio. C
queri tamen, increpare, & objurgare
non expedit, imò nec licet, quia con-
gent adverſum me, & ut ſuperbum
præſumptuoſum arguent, vices red-
innocuo, tanquam ſapiam plùs quàm
portet, aut quod pejus, ut judicem te-
rarium incuſabant, qui audeam hæc
la mala dicere, quæ mala non ſunt.

Ecce Domine! inter quos habito a-
ritudine plenus & afflictione, nec eſt,
conſoletur me. Superioribus ubi in-
nihil aliud reporto, niſi ut ego ſim pe-
ctus, non attentis illis, nec moveri ſi-
pedes meos juxta greſſus eorum. Sed,
quàm difficilè cum perverſis non per-
ti, proficere inter defectuoſos, diſco-
& indiſciplinatos, & quid tandem in-
piam? aut cùm lupis ululabo? aut d-
milis moribus eorum efficiar? ſi diſſo-

ſ fuero cum diſſolutis offendam te, &
rdam omnem devotionis gratiam, o-
némque favorem tuum, ſi hoc non ege-
ſed devotus fuero taciturnus & ſoli-
ius, deridebunt me, ut ſingularem,
roſum, ſcrupuloſum, melancholi-
m, tetricum: anguſtiæ mihi ſunt undi-
e, uror & urgeor Domine, obumbra
pra caput meum, in die calamitatis meæ
miſeriæ, en! conſortium eorum om-
no fugere decreveram, aſt non eſt hæc
periorum voluntas, imò averſionem
abſentationem diſſuadent commodè;
alia Religione meditabor ſuſcipienda?
um igni affundam, & nec ulli aperire
debo, imò, etſi id egero, ubi recipiar an
domo tuorum & perfectorum? imò ſi
ciperent, fortè id non eſt tua voluntas,
unde eam cognoſcam? imò ſi id egero
non cognitâ, ſi inquam, aliam ingreſ-
ſ fuero, & ingruentibus tentationibus,
commoditatibus & aſperitatibus vi-
us, cogar reverti in domum meam prio-
m, quæ mihi tunc confuſio, certè noviſ-

ſimè pejus mihi erit præ confuſione
meæ, quàm priùs fuerat. Ergo ment
gus fluctuo, quò me vertam, neſcio,
lium, exitium. Loquere tu Domine
audit ſervus tuus!

## Reſpondet Chriſtus
*graviter tentato.*

NOn ego decepi te, nec ſeduxi, ſe
modò decipiſte, dum erras à ve
tis tramite in tantùm, ut lumē, quod
& circa te eſt, non videas. Impoſtu
Dæmonis ſunt volentis te trahere
nauſeam & tædium vitæ tuæ, quò m
opereris bonum ad te & cæteros.
fraudes dæmonis non advertis, qui
Religiones tibi depingit tam ſpeci
quas ſi tu fuiſſes ingreſſus, eodem p
modo te dementaret, ut eaſdem ti
tuæ ſaluti obnoxios & inconvenientes
monſtraret? Omne ſolum viro forti
tria. Eſto vir, eſto robuſtus contra
ſtem hunc tartareum, & deprehende
ſtutias ejus & ſtratagemata, quibus te
om

tur. Eſto foret, ut inquis, quòd ſint perfecti, indiſciplinati, an tibi nocebit rum perverſitas? habent ſanè bona, æ te imitari conveniet.

Verumtamen araneam tu imitaris, quæ eodem flore, unde apis mel, illa fel & enum ſugit.

Aliud eſt, quod te conturbat, ſed tu reces: id nimirum, quia alios cupis eſſe rfectos, ne tibi contrarii forent, nec offenderent te, ſed non eſt hæc æqua via tua; eliùs ages, ſi habeas zelum ſuper te ipm, & obedias humiliter & ſimpliciter, ſic egeris, non tibi nocebunt facta aliom prava; ſi oculos tuus fuerit ſimplex, nerabis multa bona tibi imitanda de is fratribus, ſimplex namque oculus on judicat temerarié, ſed omnia interetatur in partem meliorem, & in ſuum onum vertit, nec eſt, unde, dum ridere rnis Fratres tuos, aut agere & vivere lariter, eos ſtatim juſtè condemnes ut ſſoluti animi, aut ut ſcurriles incuſes, cum excuſationi reſerva, quid ſi ubi

talis exceſſit, inde reddatur humil
cautior & timoratior, nonne tole
foret, quid ſi neceſſariò quadam re
tione indigeat ob preſſuram inter
quam tu ignoras? Deinde crede fir
ubique locorum dari vel ſimiles, vel
ligioſiores, ideóque te memento hu
catum, ut tuo exemplo & vita exem
cæteri emendentur; quæ omnia, ſi
expendis, clarè perſpicies à cacodæm
aſtutia proficiſci omne, quod ſentis
cujus unicum eſt intentum, ut te
dium tuorum & contemptum perd
Reſtat modò, ut te talem agnoſcas, q
lis es, ſcilicet peccatorem miſerum &
ſerabilem, ac proinde indignum ad
qui inter tam bonos habites, eorum
fruaris cõſortio; ſic, ſic ubi veritas pr
nitur, & intra ſe convertitur, ſapiet
quis diaboli ſuggeſtionibꝰ ceſsârat p

## *Obſervatio.*

SUmmopere commendandi ii Sup
res & Novitiorum Magiſtri, qu

grege ſuo numerant ſcabioſas oves, malè moratos profeſſos, diſcolos aut criminoſos, eos quos recenter inſtruunt juniores, arceant ab eorum conſortio & ſegregant, ne ſimul paſcantur lupi cum agnis, idque tam diu, quouſque ad cibum ſolidum recipiendum excreverint, ipſique fundati in ſpiritu, diſtinguere ſciant inter bonum & malum. Optandum quidem foret cum S. Paulo; utinam abſcindantur, qui vos conturbant, verùm ne expediat ſemper, aut citra enormem totius compagis mutilationem fieri poſſit, ipſi dijudicent.

Cavendum inſuper ſummoperè, ne juniores in cognitionem veniant ſcandaloſorum, graviorum defectuũ, quæ hi irreligioſi Religioſi aliquando exercuerint, quia dici nequit, quàm facilè hæ tenellæ plantæ inficiantur talium notitia, quæ etiam affectum & incontaminatam de ſua vocatione exiſtimationem labefactat, & enervat in tantùm non raro, ut eos pœniteat, nomen dediſſe militiæ ſpirituali in tali loco, ſtatu & ordine & alium quan-

doque meditantur Religionis locum, ſperant ſe perfectiores reperturos.

Muniendi itaque & ſtabiliendi, pri quam eorum mores inbibant, aut defe recognoſcant: Utiliſſimè ſanè noſtra tuta monent, ut tales careant collo & ſpatiamentis, ne alios corrump Quod utinam ſemper & ubique ſer tur, non apud nos ſolùm, ſed & alios R gioſos, qui dum unum fortè perve lucrari nituntur connivendo, aut co & propter juniores non puniendo, confundendo pluribus perniciem a & corporis accerſunt, faciamus n nomen juxta nomen magnorum, q nimas deperditas & diſperſas revoca ab infernis: verùm ſciant velim, quod nius emolumentum non debeat eſſe terius detrimentum. Fit namque raró, ut ubi crebriùs talibus perverſis nioribus miſcentur, familiaritatem c trahant, quæ ſolet (vel maximè in illi parere contemptum; hoc ſemel in co concepto, accedit irreverentia, deſpe

vel certè omittitur conſuetus reſpectus ad illos, quod quantum his Senioribus utpote carnalibus, ſuperbis, arrogantibus diſpliceat, facilè quiſque valebit perpendere, & quid poſt hæc? averſiones concipiuntur ad invicem & paſſiones, ita perſecutiones ſentiunt juniores iſti, qui lacte ſummoperè indiguiſſent & conſolationibus; hic modò opus, hic labor, creſcit in his junioribus diſplicentia de vita & converſatione Seniorum malevolorum, creſcit vice verſa (maximè ſi ii adverterint) in illis ſenioribus, aut malis, invidia, odium, oblocutio, detractio, & perſecutio, hic miſeriæ, hic exclamationes. O Deus! ô bonitas! ſi ſic mihi futurum erat, meliùs mihi erat tunc, quando ſedebam ad ollas carnium, quàm nunc, quando manna vertitur in abſynthium, mel in fel, conſolatio in deſolationem & miſeriam, decreſcit virtus, deficit ſpiritus, quia creſcit impatientia, & ſuccreſcit vitæ

 tædium,

tædium, diu noctuque cogitationes am
ræ, quæ cerebrum obfuſcant, quouſq
(utinam factum nunquam aut fieret i
poſterum) in triſtitiæ barathrum agan
præcipites, melancholici, inobedien
& impatientes ad verbulum vel mini
exacerbati, & ipſi rebelles efficiantur,
filii Belial ſimiles iis facti, quorum m
res, ut vident, ita & imitantur. Ced
namque & honorare tam malè mora
perverſos, eſt illis difficile, quia cern
eos eſſe indignos, utpote perverſos & 
pertes ſpiritus religioſi, & illi econt
utpote ut ſeniores indignantur, & gr
viſſimè ferunt deſpici, aut non eo, ut a
te in Novitiatu eorum (juniorum int
lige) in pretio haberi. Exurgit ergo fla
ma frequenter inextinguibilis: & cui mo
dò adjudicabunt litem & cauſam Sup
riores? ſenioribus, an junioribus? bo
nis an malis? ſi illis, id eſt Senioribus, ti
mendum eſt, ne iſti, id eſt juniores, pe
dant omnem, ſi adhuc habent opinio
nem, amorem & exiſtimationem de Su

perio

periore ob injuſtitiam. Si favebunt iſtis, oleum igni affundent, & concitabunt adverſum ſe omnes quotquot numerant ſeniores malos.

O felix Aſceterium, ubi hæc non proponuntur dilemmata, & ubi in ſimul educati, inſtructi, vel ab uno, vel certè taliter, tamque virtuosè, ut nullus alteri invideat, nullus ambiat, nullus affectum ferat ad officium, ſed ambulant omnes pariter cum conſenſu. Verùm ne te mi Religioſe, quiſquis ad gemitum hîc præfixum aſtruis, juſtámque tuam cauſam & querelam exiſtimas, ut te, inquam, decipias, habe, & quod ſubdo, ſíque in eorum es numero, quos hîc reprehendam, magnam tuæ miſeriæ cauſam tibi imputa, utpote à te, tuoque capritio profectam.

Non paucorum ea ſuperbia eſt, ut cùm ſtupidi ſint, & inepti ad quæcunque officia, functionéſque ſpecioſas, ſimulque ſuperbi & invidi, tamen alios facilè taxant, & reprehendunt de doctrina, ſtu-

dio, lectione aſſiduâ, de vita non pe
cta, ipſimet pleni ſuſpicionibus & in
dia, mordacibus utentes verbis quib
dam, ut ſuam tueantur catalepſin, e
dem nonnunquam litem movent con
tribus, quam olim intenderunt dogm
ces Pyrrhonii, certiſſima quæque in d
bium vocantes diſſentiendo, vel imp
gnando, qui ſicut non capiunt altiora,
tamen invident hæc aliis pungitivis v
bis & temerariis provocantes, &
ſuam inſcitiam ex hebetudine & tard
te ingenii procedere manifeſtare cog
tur, aut ne ſtupidi habeantur, ſin
tamen gloriam cæterorum obfuſce
ſic verè aſſerunt: ſcientia inflat, non
cilè conſiſtunt ſimul & ſcientia & hu
litas. Ego manebo in imis, quid ad
tam alta, tam ſublimia, tam impertin
tia? melius eſt eſſe & permanere in ſim
plicitate, quàm ob ſtudium & mult
lectionem perdere tempus, & inani
gloriari.

Hi, inquam, conqueri nonnunq

aude

audent & inſimulare confratres ſuos ſuperbiæ, jactantiæ & vocationis incurios, ipſi ſuperbiores & pejores ipſiſmet, quos ſic mordent in tantùm, ut quod Deus ipſis negavit & natura; ſimulata & fucata fictaque humilitate mentiuntur, & ex eo quod non habent nec habere poſſunt deficiente in eis intelligentiæ perſpicacia, habere tamen & ſe poſſe, credi volunt, ſed nolle præ amore humilitatis.

O ſtupidum ſimul & ſuperbum hominum genus, quàm affligitis quandoque ſapientes & prudentes? poſſet his reſponderi, quod aliquando Diogeni reſponſum eſt à Platone; is inviſerat aliquando domum Platonis, ornatam & ſplendidam vaſis argenteis &c. tapetibuſque ſtratis, omnibus his ſeſe abdicârat Diogenes nudipes incedens, & lutoſis ſordeque pollutis ſtrata Platonis pretioſiſſimis quibuſque & nitidiſſimis contecta conſcendens pedibus calcabat, & calcando maculabat. Indignè rem ferens Plato, quid facis

alloquitur Diogenem) Diogenes? ſ
ſtum (ſubdit ille) Platonis calco. Qu
Plato? audite & advertite, quia acu
noſè, quia veraciter, faſtum meum (i
quiebat Plato) majori cum faſtu calcas
Diogenes. Non abſimili modo ſuper
his, & hebetibus reſponderi poſſet m
jori cum jactantia, vanáque gloria tu
defendis, imo vendis ignorantiam, qu
ego meam doctrinam & ſcientiam; du
que alios ſugillare niteris, tuam tu ſup
biam oſtendis.

Concluditur hic Gemitus cum V.
Thoma à Jesu ærumna 14. §. 7. ubi i
quit; Omnibus itaque ſuaſero, ut obſe
vatâ obedientiâ ergâ Superiores, patie
tiâ in omnibus, & erga omnes contin
manſuetudine & humilitate morum cu
rent eſſe ſingulares, & eximii in ſtud
perfectionis Regularum, licèt fortè Su
periores, ac Primores communitatis tal
non ſint; ut autem in pace vivant, juva
bit, ſervare hanc, quæ ſequitur reforma
tionem per propoſita.

*Reſo*

## *Reformatio.*

1. APem ego imitabor, quæ ex venenatis etiam herbis mel ſugit, bona mihi colligam ex iis, quæ dicunt faciuntque mei Confratres, exemplo illius Ciſterſienſis monachi, teſte S. Bernardo, qui in altero quoque Fratre ſub unius noctis precibus, triginta numeravit vitutes, quarum in ſe nullam, ut ipſe ajebat, agnoverat.

2. Ad me, meoſque defectus, peccataq; commiſſa ſedulò reflectam mentis oculos, recogitans illud S. Bernardi: Melius te videt oculus alienus quàm tuus, ideoque credam firmiter, me pluribus innodatum defectibus & intolerabiliorem, quàm ullum eſſe, imò diſplicere me fortaſſis aliis & affligere eoſdem, & modum meum agendi, vitam & naturam meam eſſe reprobam & vitioſam, quia vel ſingularis, vel arrogans, vel certè plus æquo oculatus ſum in alienis erroribus.

3. Sedulò reminiſcar & imprimam, quod in extremo judicio nequaquam Judex ſciſcitabitur à me, cur alii ſe neglexe-

rint, quibus inſtruendis ego præfectus n
fui, quin potiùs, quâ patientiâ tulerim, l
via hæc aliorum errata, qualiter & exc
ſarim, & pro iis oraverim.

4. Quantâ confuſione dignus ſim, e
pendam ex illo Thom. Kempenſis lib.
cap. 3. ubi ait: *Non eſt magnum cum bo
& manſuetis converſari, hoc enim omni
naturaliter placet, & unuſquiſque libe
pacem habet, & ſecum ſentientes magis di
git, ſed cum duris aut perverſis, aut indiſ
plinatis, &c.*

## GEMITUS XVI.

*Quod amiſſâ gratiâ, favore & opinion
diſgratiam incurrerit apud Superiorem,
ſeu Prælatum.*

O JESU! Conſolator optime, con
queri cogor coram te, quoniam ad
ditur ſuper dolorem vulnerum meorum,
afflictio gravis nimis, & ſiquidem apud
Confratres meos ſolùm, opinionem bo-
nam & gratiam perdidiſſem, ſuſtinerem
utique, nec conquerendum tantopere
foret,

foret. Verùm apud Superiorem, cujus paternâ ſemper protectione & amore fovebar & recreabar, modò amiſiſſe favorem omnem & gratiam, durum eſt. Ah facies ejus non eſt ſicut heri & nudius tertius, mutatur mihi ſubitò in crudelem, Sol patitur Ecclypſin, frons ſerena aurea, modò corrugatur & caperatur, venterque videtur amareſcere, quia bilem ebullit os ejus, & vix placidum ab ipſo refero reſponſum; & quis ille, ô Bonitas, qui ſic exulceravit cor patris mei! ſi tu inſtigas eum, quod abſit, ut credam, contra me, odoretur Dominus ſacrificium, verùm ſi alii hominum ſuſurrant contra me, judica ô Deus & diſcerne cauſam meam ab hominibus iniquis & doloſis, qui interturbare nituntur pacificum ejus in me oculum.

Ah! quis det mihi, ut ſim juxtà menſes priſtinos, quando amicus eram, & præ aliis ei familiarior? modò quò ibo pro conſolatione? latet virus in corde, cujus ſenſus tales emittunt exhalationes;

ſit illud, quidquid velit, ego neſcio: un[...]
ſcio, quia vincit, quiſquis mihi litem[...]
tentans ad ipſum cauſam defert contra[...]
dirimendam, nec ſunt hæc niſi à ſpiritu[...]
folle inſufflantis invidi & detractoris, [...]
ſtrà me purgo, in vacuum verba deflu[...]
rejicitur, refunditur in caput meum, qu[...]
quid contra alios ad purgandum me [...]
tulero. Vereor ah vereor, ne in odium [...]
ſinant hæ ſiniſtræ in animo ejus de me i[...]
preſſiones, quia jamjam aures ejus o[...]
ſtruuntur, ut non audiat manifeſtam ap[...]
logiam, & tam validis clavis ſe configit [...]
primam accuſationem contra me, ut n[...]
la ad amovendum & evellendum ſuffici[...]
probatio.

## Reſpondet Chriſtus
### *Deſolato & Mœrenti.*

NOnne melior ego tibi ſum, qua[...] mille homines; verumtamen utile ti[...]bi erit modò ſolido veſci cibo, mamo[...]ptum neceſſe eſt, ut exuas, ut Chriſtu[...] induas. Duæ tibi in Superiore conſidera[...]

dæ ſu[...]

æ ſunt perſonæ; & Dei & hominis, Dei, dum jubet, dum præcipit, aut etiam conſulit; hominis, dum fortè malè agit, quod abſit, ut facilè credas, malè eum agere, aut injurioſè tecum procedere, novit ipſe, cur talium ſe tibi exhibeat, forſan negotiorum multiplicitas, reddit afflictum, anxium & mœſtum, quæ proinde mœſtitia in faciem ſeſe emittit. Nec enim tam facilè quaſi ex ciſta extrahi, & indui nova facies poterit animo intus afflicto turbatoque; ſed te derelictum quæreris & deſpectum confundi malè tractari.

Fili, pro tua hoc ſalute & profectu tuo tibi obvenit, ut in me conſideres & ad me confugeres; ſi namque in hominum (eſtò etiam Superiores tui ſint) favoribus magniſque opinionibus perfectionē tuam ponere volueris, citò evaneſcet perfectio tua, debile fundamentum foret, quia fundatum in judicio hominis. Eſtò ille ipſe ſit Superior tuus, verùm quia tu ei non ſecundùm Deum, & ut Deo, cujus ille vices & perſonam gerit, placere niteris, juſtum

eſt,

eſt, ut confundatur facies tua, & ſpes ene-
vetur, quam ponis in eo, ut in homine; v-
na eſt religioſa vita tua, fatua querela;
bonus virtutũ æmulator fueris & humil-
mihique devotè addictus, quis te ſepa-
bit à charitate Dei? non hominis utiq;
opinio.

Et quouſque lac parvulorum ſuge-
non tibi ideo eſt bonus, quia non tam ſu-
vis, non tam largus, ad votum concede-
omnia, quæ tuo placebant genio, & ing-
nio ac deſiderio, bonum tibi eſt cum t-
ſentire contrarium, ne plus te aut eſſe, a-
ſcire opineris.

Quare conſultum tibi eſt, non quær-
re conſolationem in Prælati amicitia
Deus enim ſæpè vertit hanc ſpem in con-
trarium, & magnæ inde perturbationes i-
Congregationibus naſcuntur.

Nam errores Superiorum imputantur
eorum amicis, in quorum gratiam reſid-
gerunt aut diſponunt, generantur ſuſpi-
ciones, averſiones, alienationes animo-
rum, & amicitia ſæpè deſinit in inimici-

tiæ

tias, Optimum tibi ſubjici illi, quem ſentis, non ita ut optas favorabilem, quia ſic tantò creſcet obedientiæ meritum, quantò minùs fœdatur amore proprio & complacentia in Superiore.

## *Obſervatio.*

SOlet quandoq; hæc afflictio gravis eſſe nimis, ſed obſervandum ſedulò, unde præcedat morbum cognoviſſe, ſanâſſe erit. Et primò, ſi procedat ex imperfectione, videlicet, quia lacte adhuc indigent, quo hactenus enutriti fuêre ſcilicet conſolatione, & directione ſingulari ſui Superioris. Hi bono ſint animo, eſt qui conſolatur eos Pater deſuper ac tantò conſolabiliùs, quantò is ad conſolandum paratior, convertant ſe ergò ad Deum totius conſolationis, ubi viderint Superiorem aut paſſione, aut certè minori affabilitate uti, nec tamen facienda omittant, aut amorem deponant; ſed perſuaſum habeant, ſe hac viâ ad majorẽ perfectionẽ intra bimeſtre perventuros, ac majorẽ cum

Deo

Deo familiaritatem contracturos, qu fortè totâ vitâ ſuâ pendentes ab uberib fuiſſent conſecuti. Exemplo ſit S. Franc cus Seraph. à proprio parente ſpoliatus perſecutionem graviſſimam paſſus. C dant firmiter, quia ubi deficit ſolati humanum, incipit Divinum.

Hanc ob cauſam Apoſtolis ſeſe ſubt xit Chriſtus, ut ipſemet teſtatur in Eva gelio. Ob hanc cauſam credo S. Patre noſtrum Brunonem tam maturè ſubl tum & avulſum à ſuis, qui eum tàm tene amabant; ſat lactis ſuxiſtis amodò, cibu vos ſumere oportet ſolidum.

Secunda cauſa afflictionis hujus e fortè, quod ideo Superior ſeſe exhibe minùs familiarem, ut tibi, mi Frater, oſten dat & indicet, qualis tu ſis, ut & tu inci pias credere de te, quod eſt credendum ut inquam, deficias â ſpe, quæ non eſt fo venda, ſcilicet, ut deponas ſpem offici quam fortè geris in corde, quam ut ceſ ſare faciat, Superior omittit ea, per qu ſolet incrementa ſumere.

Eſt

Eſt enim amor proprius inveſtigativus nimiùm,& tam facilè inficiens,& inſtigans cor ad affectum, aut certè ad ſpem concipiendam promotione,de officio conferendo à Superiore, quem ſibi videt propenſum, ut dici & explicari nequeat ſatis. Quod utique Superioris eſt, indagare & animadvertere ob magna damna exindè provenire ſolita; generat enim, ubi cor occupavit protinus aliquam cœcitatem firmato paulatim affectu, vel ſpe officii,& tam validè interdum,ut ex ſingulis diſcurſibus & congreſſibus cum Superiore verba trahantur in nutrimentum affectus,& ſpei confirmationem.

Ah! utinam maturè ſemper adverterent Superiores,quatenus filum abſcinderent priuſquàm cor ſuffocet, & ſpiritum vitalem animæ. Ita ſanè prodeſſet ſic ſperantibus, ut gravitate vultus rariori alloquio curarent,& ſpem eis eximerent.Dixi maturè, quia ubi ſemel egit radices, non evelles vel ambabus manibus,id eſt,omni adhibito conatu, ut ad longum ſuprà,ubi

ex inſtituto duos gemitus formavi. Succe-
der equidẽ triſtitia, ſed vertetur ei in gau-
dium, ubi agnoverit periculũ, quod ſe ad-
riebatur, & ſic operabitur ſtabilẽ in eo ſa-
lutem. Verùm id quoque compertũ expe-
rientiâ, quod ubi denuò familiariùs egeris
recidivet & redibit morbus, ſpes conci-
pietur, reſuſcitabitur affectus, nec refert
quod Superior minimè intendat per verba
tam ſuavia, tam familiaria per ſecretorum
ei commiſſionem, aut ſpecialem favorem
eum in officialem conſtituere, quin potiùs
ut exindè humilior, & ergà ſe affectuoſior
fiat. Sed conſtat ambitionis eam eſſe natu-
ram, ut ex omnibus ſui nutrimentum ſu-
mat. Benè huic diceretur à Superiore id de-
prehendente; ſtulte & infatuate quid pu-
tas? quid venena & fel ſugis ex verbis meis
melle plenis? meliùs tibi foret nunquam
loqui manſuetè, quoniam in perditionem
tui abuteris bonitate, an quia oculus meus
ſimplex, intentio recta, tuus inde obte-
breſcit? in hoc quod officialem te facturum
ſomnias contra mentem & intentionem
meam?

Ita

Ita, ita, mi Lector, mi Frater, ne leprâ inficiaris, ideò loquendũ tibi duriùs, imò ut cureris à lepra tua, quâ fortè laboras, ideò ſic es tractandus, nec eſt, quod aut aſſeras & arguas me falsè loqui, actus tui denuntiant de te foris, qualis ſis intus, quia frequenter agitaris ſuſpicionibus, trepidans timore anxius, & turbatus de hoc, quod deferantur tua dicta, & actus & defectus. In his & aliis turbatum ſatis te prodis, quod verearis, ne excidas eò, quod ſperas. Hinc quaſi nauta polum obſervas, vultum dico illius, qui te promovere poteſt ad altiora, hic ſcopus tuus, juxta hunc diriguntur affectus tui, hic ſi tibi affabilis, ſi tibi favorabilis ſpe plenus curris viam mandatorum præ gaudio exiliens, & laudas Deum, quia nutritur affectus, roboratur fiducia tua, firmatur ſpes tua ad officium, ſed concidat vultus ejus, & ecce languent omnia in te, mœſtitia obruit cor tuum, quia times, te excidiſſe gratiâ, favore, & bonâ exiſtimatione tua, quibus ut ſcalis aſcendere ſperabas.

## *Reformatio per propoſita*

Ex Thoma de Jeſu. Ærumna 14.

1. NOn curabo habere gratiam Superiorum, ſed eis ad unguem obediam: illndne cor Deo dedicatum transferam in pauperem hominē hoc ut Deum in Superiore honorem.

2. Non habebo amicitiam, quæ diſtrahere poſſit cogitationes & animum inquinare.

3. Non aliud quæram in Cœnobio quàm parem cordis, & puritatem animæ.

4. Non plus faciam pro amico quàm pro inimico, nam habere aliquem pro amico, (intellige carnaliter) licet ſit in domo Dei, principium eſt factionum & turbarum.

5. Affectum habebo ergà viliores & contemptibiliores, eiſque piè invidebo quia tantò puriùs ac liberiùs levant oculos in Deum, & eundem locum habent in Religione, quem habuit Chriſtus in terra, & hic tantò magis favet eis, quantò minùs cogitant de rebus altis in mundo.

6.N

6. Non habebo rationem eorum, qui
unt gravioris & majoris authoritatis, non
uidquid in Religione conciliat gravita-
em & authoritatem eodem loco cenſen-
um eſt, quò officia magis humilia & cen-
ti aliquem honoratum ex dignitate, abje-
tum ex humili officio, religioſum non eſt.

7. Liberè ſequar puritatem virtutis
um manſuetudine & ſilentio, licet ea for-
n apud omnes in oblivione ſit.

8. Spem habebo in adverſis & perſe-
tionibus, hoc mihi pretio Cælum ſtatu-
m, nam hóc genus eſt Crucis valde acer-
e; tum quia continua & domeſtica eſt,
m quia ſub titulo ſervorum Dei, velut
gente ſancta ſub colore zeli infertur.

9. Cùm videro imponi per calumniam,
uod nunquam in animo habui, & quæ
nè feci, interpretatione malignâ perver-
orabo pro illis, & cum ſilentio, patien-
â & perſeverantiâ ſtabo firmus, con-
mnendo me ipſum, quod ut ſalver, ſit
ihi opus majori auxilio Deì, & ejuſmodi
xercitio, & ut ſervus Dei me perſequar.

10. Procurabo continuum deſideri
patiendi adverſa, judicando me his in
gnum, ac petam à Deo, ut ſemper me ſi
videre optimam, ac ſecuriſſimam eſſe h
viam in Religione.

11. Studebo ſemper omnibus bene
cere ac ſervire tanquam Dominis ac S
perioribus meis ſine ſpe gratiæ laudis,
remunerationis illius, neque propter
ledicta illud omittam.

12. Cùm videro omnia relaxata,
ſtudebo reformare me ipſum, cogita
que me veniſſe ad Religionem tantùm
ſerviam aliis, eoſque ſupportem, non
tem ut ſim in gratia, vel ſupporter ab a
ſed ut in illa ſocietate vivam ſolùm
Deo. Si quid autem mihi inferatur
leſtiæ ab aliis, non conquerar, ſed c
tabo illos tanquam Dominos poſſe
ctare me pro libitu tanquam ſervum,
pro mundanis & profanis in habitu
gioſo habendi ſunt. Ita vir iſte verè p
ſolidus.

# GEMITUS XVII.

*gemiſcit & conqueritur de eo, quod invidos ſibi ſentiat ſuos Confratres, & ex invidia deferatur apud Superiores.*

Cce Domine, concitantur contra me
Confratres mei, & inimici afficiuntur
ndomeſtici mei, quia ſecundùm te am-
lo, ſuprà dorſum meum fabricant,
chinantes machinationes timentes ne
ſurripiam, quod ipſi tantoperè affe-
nt. Tu noſti Domine, quid ſit illud,
officium, quod dum ſperant, dum deſi-
rant, mihi efficiuntur in ſathan; quia
pidant timore ubi non eſt timor, cer-
ntes me commendari, & bono loco
e apud Superiorem, ideo ominantur
e futurum officialem & concitare ni-
ntur adverſum me cæteros, quorum
r rectum eſt ad me, Superioribus refe-
nt ſingula, quæ vel vident, vel etiam
picantur de me, vix tutus dego in cella,
ia oculi eorum oculi lincei, qui & mu-
s & oſtia penetrãt ad obſervandũ, ad no-

tandum me; ſi quid fortè perperam co
mittam, ut idipſum cum multis exag
rationibus exponant iis; quorum ſc
corda mihi faventia, librant, imò crib
mea dicta, mea facta, geſtus & mores,
quid in eis furfuris ſiniſtræ actionis,
dicti minùs Religioſi reperiant, pro
in aures & auras ſpargant aliorum,
preſsâ optimâ ſimilagine, vel rectæ in
tionis, vel loquendi formæ, occaſion
cauſæ; ſolùm ut odioſum me reddant
cæteros & impediant ab eo, quod il
turum verentur

Hæc me faciunt ingemiſcere &
mare. O me afflictum & deſolatum!
mihi futurum erat? ſatiùs mihi fuiſſ
dere in angulo domatis & latere univ
quàm vel unius hominis oculis app
vel doctum vel aptum ad officiolum
minimum, quoniam video univerſa e
ſita eſſe invidiæ, nec tuta eſſe cœnob
aſceteria ſanctiſſima; Inter Religio
quorum profeſſio eſt vacare Deo, &
templationi cœleſtiũ intendere, gr

æclues peſſima; quis non ingemiſcet ſu-
er iſtis? cum his, qui oderunt pacem, cu-
o eſſe pacificus; ſed non capit eos ver-
um veritatis & ſalutis, tabeſcunt miſeri
umi inſtar omnia perſpiciunt tam ocu-
ti ad meas actiones, ad palpandas feſtu-
s tam dexteri, ut ſtuporem injiciant vel
nenti: ſugillant, dehoneſtant omnia o-
ra mea tam ſatyricè, tam perversè, ut
ndalum præbere valeant vel ſanctiſſi-
s, niſi magnâ uterentur cautelâ.

Hæc coràm te ô Deus meus expono,
iens, quod ſi uni eorum innoteſceret hæc
ea juſta querela, protinus mihi judicis te-
rarii nomen affigeret. Modò quæ mœ-
cordis conditio? tu noſti ſolus, qui pe-
oris intima luſtras:

*Sic mea per varios vita exercita caſus,*
*Ut pila perculſu pulſa, repulſa manu.*

Coarctor nimis, anguſtiæ mihi ſunt un-
ique, tu Domine conſolare & reſpice in
e, quia unicus & pauper ſum ego.

## Reſpondet Chriſtus
### *Ingemiſcenti.*

FIlli magna adhuc eſt imperfectio t & modò quidem cùm exercitatos l gis habeas ſenſus, ſinis tibi prævalere t ta mala in tantùm, ut obruaris triſt quam etiam dudum pellere te oppor ſet ex animo, & ita arcere, ut nequaq aditum ei patefaceres.

Quid eſt, quod modò ſedeas in t tia afflictus, confuſus & deluſus, quia perumpere non vis, & ad ſubli ra aſcendere? Reformidas, trepidas more, ubi non eſt timor, hæres adhu inis excutere vis jugum, quod te vo tem nolentem portare convenit, for virum excitat ad exercitium alieni liv aculeus, nec mentis oculis torquere mittit, aut invidia detrahi à virtutum dio; ſed quia te tantoperè torquent indicium eſt animi necdum ſolidati, quid ſi ſolâ ſuſpicione res ageretur, an dem te premeret ſarcinâ? unde & ca

de te fortè, de tuo inquam affectu alio-rum pariter judicas affectus. Verumta-men fruſtrà hîc in te laboro, ut eximam tibi, quod radices jam egit.

Ergò invident tibi, inquis, favorem bo-namque exiſtimationem, & quid tu ad hæc? Nonne ut impedias? nonne ut mala malis reponas, tela telis retorqueas, labo-ras? non eſt æqua via tua, quia mala reddis pro malis, nec patientẽ exhibes te ad Cru-cem portandã, patientiâ vinces utiq; ma-gis eorum animos, & malum mitigabis, quàm te opponendo, renitendo & excu-tiendo ab eo, quod tibi ex adverſo venit, parvulum occidit invidia, parvulum hæc feriunt arma, nec vulneraret te eorũ dolo-ſitas, & doloſa invidentia, ſi contemneres, imò erudient te ſummoperè aliorũ mentes invidæ, ſi fores humilis; ſi namq; honorē contemneres, officia & ſpecioſas quaſque functiones ſubterfugeres, ſolamque Dei voluntatem inquireres, quod tua exigit vocatio, nihil eſſet in mundo, quod te lædere, vel inquietare poſſet. Quid famam

vereris magis quàm conſcientiam? q
videri magis vis quàm deſpici, cur te t
toperè exagitant hominum de te judi
& obtrectationes æmulorum? Non h
ſunt, quæ aut præmium imminuunt b
titudinis aut impediunt; me ſolùm
præmia cœleſtia exſpecta, & ecce quie
eris. Boni namque cùm malè audiunt,
malis ſibi gratulantur, imò nec de ſe d
interpretantur facilè. Non ſit tibi e
cura tanta de bono nomine, de favore
exiſtimatione apud Superiores & pac
vives. Veræ exiſtimationis & boni nom
nis, hæc eſt glorioſa proprietas, ut app
titores ſui contemnat.

## *Obſervatio.*

Miſeram invidorum conditionem u
bique reperies depictam, ſed nu
quàm tam vivis coloribus, quàm in inv
dorum ſocietate, de bonorum malis gau
dent, de profectibus lugent, amici diabo
li, inquit *Proſper*, inimici etiam ſui omni
bus odioſi, ad gaudenda anxii, ad plan
genda

genda læti, utrobique diſperſi. Hæc (inquit *Nicephorus*) cauſa fuit Apoſtaſiæ Originis viri non tam docti, quam Sancti, vitam ejus quiſque leget, ſtupebit & timebit ſibi ab hoc vitio, quod tam facilè etiam perfectos adoritur, tam facilè ſternit. Omnium malorum matrem appellat *S. Chryſoſt. hom. 46. in cap. 21. Geneſ.* Alii non minùs indigitant. Et ſtupendum planè, quod tam pauci advertant in Religioſis cœtibus ſe hoc vitio contabeſcere, quod tam commune, tam pernicioſum ſimul eſt, cumque undique flammas evomant in ſuis delationibus dictiſque acerbioribus; ſpeciatim verò in mente tanquam hoſpitio & collegio, ubi conveniunt omnes proximorum actiones, & ad judicium ſiſtuntur; nihil tamen aut parum animadvertatur.

Ah! quàm ringuntur, ubi laudem æmulorũ competentium percipiunt, quàm durus illis ſonus? ſed nihil ipſi vel advertunt, vel advertere cupiunt. Veriſſimum eſt (ah utinam falſiſſimum foret adagium)

*Invidia naſcitur in aulis, nutritur in Mo-*
*ſteriis, moritur in Xenodochiis.* Lector
remitto ad libros Aſceticos; Superio
obſecro, ut eoſdem ſuis Religioſis leg
dos injungant. Ego ad conficiendu
pharmacum iis, quos hæc dira vexatio
linguæ invidorum exagitant, me accing
prout profuturum illis credo.

Primò expende, mi Frater, quiſq
ſentis invidos, grandem eorummet do
rem, miſeriam & cruciatus, qui tibi in
dent, & ob hoc condole illis, teque acc
ge ad ad fortiter tolerandum, & cum ga
dio, ſiquidem te cernis ab hoc liberu
nunquam magis torquebis invidos, qu
virtuti ſerviendo, inquit *Seneca.*

Verumtamen loquor imperfecto, q
durum eſt perſecutiones tantas, tamq
injuſtè illatas ſufferre, id habe, mi Frat
quiſquis effugere vis, aut certè mitig
furores invidorum tibi, tuæque famæ, o
pinioni & ſpei de bono conſequendo
videntium, & tuam declinare cupis mole
ſtiam. Hæc fac, noli tua jactare, ama la

tare

tare & quæcunq; gloriam afferre poſſent, vel famam conciliare, devita, & declina, niſi ſint virtutes, quas ob hoc neutiquam intermittas, ſed ſolùm dona naturæ, dotes ſingulares & talenta, ut doctrinam, experientiam & aptitudinem ad officia, ſecùs ubi egeris, augebis contra te malum, conglomerabuntur adverſum te, & ubi duo ſimul fuerint, de te ſermo erit in malum tui.

Et quoniam hactenus hæc non obſervâſti, nec etiamnum obſervas, imò apparere magis amas, non eſt quod tibi condoleam, quoniam cùm ſcias non aliunde provenire tibi invidorum perſecutiones, quàm ex dictis & actibus tuis ſpecioſis, & glorioſis, nequaquam tamen abſtines, juſtè tecum agitur, te ergo prætereo, quia morem non geris meis conſiliis & hactenus dictis, & ad humilem declino, hic non moveatur ullis invidorum morſibus, nec conturbetur, ſi ob id, quod ex obedientia fungatur hoc illove munere, officioque quantumvis honorifico nihil ſibi

obeſſe ſinat livorem aliorum, quin ſtren incumbat illi faciendo facienda. Veru tamen humilem in omnibus actionib præſeferat modum, ut non ex ſuo duct appetitu & affectu ſe agere demōſtret, quod Dei aut Superioris conſilio regat

Nec faciliùs credo, ſedabitur invi (ſi tamen eſt ſedabilis) quàm amando a jecta & humilia, nam qui repit in im non facilè ſentit æmulos.

Hactenus de patientibus invidiam nunc rursùs de laborantibus hoc mor pauca dicenda, quoniam grande malum vitium pluſquam diabolicum: diabol namque homini invidet, dœmoni mi mè utpotè ſimili & natura æquali, ſed h mo homini naturæ conſorti uno eode que ſanguine redempti. O malum ex crabile! O radix amara, quàm amari ſu fructus tui! notent bene Religioſi, qu facilè nimis irrepit in animum, notent, qu quam, priuſquàm ſæviat non advertent bus, notent, inquam, ut extirpent qua tociùs & in quo conſiſtat ſcrutentur, na

mor-

morbum agnoviſſe, ex parte curaſſe erit. *Ariſtoteles cap. 19. libro 2. de arte Rhetorica,* in eo vim hujus vitii ponit, quod ſit triſtitia de alterius bono, prout eſt diminutivum propriæ excellentiæ. Cum Ariſtotele ſentit *S. Thomas*, & communiter *omnes DD.* Et notandum ex *Ariſtotele l. c.* ubi primò ponit eos, qui honorari cupiunt & celebres eſſe. Hi etenim timent, triſtantur, nec pati poſſunt ſe ab aliis ſuperari, ideoque de laude & gloria aliorum affliguntur, & econtra exultant ad confuſiones & infamationes eorum, quos exiſtimant ſib eſſe obici, quominus tales habeantur; quales videri deſiderant.

Nota bene ex communi, quod ex genere ſuo ſit mortale, eò quod ſit contra charitatem. O Religioſi mortale eſt, auribus percipite omnes, qui inhabitatis monaſteria, Congregationes ſacras, mortale eſt, & vos celebrare audetis quotidie ſine ſcrupulo, ſine remorſu, ſine diſcuſſione, ſine advertentia? timori ſunt iſthæc illis, qui ſenorunt nocuos & infectos hâc

ſævalue, ſicut revera infecti ſunt plurim licet parum advertant.

Ex affectu effectum promo, effect autem eſt excœcatio mentis, quia du malis aliorum lætantur, occupati ſemp in fœcibus aliorum quaſi ſcarabæi ſte coribus operiuntur, ita ut quæ cæleſtia divina ſunt, non videant. Hinc neceſſe e ut qui officium affectat, hoc venenu pariter ſugat, nam qui finem quærit, n ceſſariò volet & media, media ſunt, quos ſibi præripere timet, impediat, quomodo? audi.

Talis defert aliorum, quos veret competentes, defectus, ſi quos novi quos non novit, inquirit, de auditis læt tur, ſociat ſe iis, qui de illis malè loquu tur, inſuſurrans, inſuper peſſimè & ſug lans dicta factáque eorum, ſed quorſu iſthæc omnia? ecce! reditur ad primu ad affectum officii, ab hoc ad invidi quia timet & contriſtatur, ne ſi alii hab antur docti, probi aut apti officio, ſibi impedimento, ne potiatur cupitis affect bu

bus hi modò, quos hactenus effectus recenſui tibi, mi Frater, qui amas animam tuam ſint pro ſigno ſicut & quòd ſequitur. Suſpectum quiſque habeat ſe ad vitium iſtud inclinari, quando inferiori homine pulſato ad gaudendum de confuſione, vel Calumniâ Confratri illatâ, ratio complacentiam concipit, imò quiſquis officiolum quale ſit illud, ſperat vel affectat, ſibi timeat, ſibi caveat, quia expoſitus eſt evidenter huic morbo tàm peſtilenti, & ſiquidem is, cujus concupiſcit officium, fortè ægrotat, examinet ſeſe, an non ſubintret gaudium, ſpem generans, ſiquidem defuncto, vel morbi ingraveſcentia inepto facto faciliùs ſperat, adimplendum ſuum deſiderium.

Ah! quàm callida, quàm anfractuoſa quærit itinera hæc crudelis beſtia, & qui ei deſerviunt; ita cernimus, quòd mala etiam bona dicant in iis, & in faciem eorũ, quibus ſtruunt inſidias, & quos exturbare nituntur officio quod tenent adulantes & palpantes, ſcurrilitates, & quæ-

que

que inhoneſta,imò materiam, anſamq;
præbent,ut diſſolutè vivant, ut defect
committant,quia confidunt,quod ex h
& per hoc inhabiles reddantur , perdant
que velut muſcæ morientes ſuavitate
unguenti,odorem, bonamque exiſtima-
tionem apud alios, iſtorum decrementum
ſuum putantes incrementum.

Tertiò, ſicut ægrè ferunt , ubi do
eorum audiunt prædicari, admirari, i
impedire nituntur, ne fiat; unde ſi pr
bum nominari audiant, hypocritam co
nantur facere, ubi doctum, ſemifatuum
rudem, ubi ſanum & robuſtum , valetu
dinarium, nec durabilem, pro hoc illo
officio & dignitate credi & haberi labo
rant,& hoc ordinariè de abſente.

Et hæc licet ſint gravia nimis , invid
tamen nec levia quidem apparebunt, ob
ſcuratum eſt enim inſipiens cor eorum,
ſtatuerunt oculos ſuos declinare in ter-
ram, & dorſum incurvaverunt, ut cæ-
lum ſuſpicere nequeant, hinc etiam faſti-
diunt cœleſtia, & ſolùm quæ carnis ſunt,

ſapiunt, ſapientes quidem, ut faciant mala, bene autem facere neſcierunt.

## Parergon
### *Ad RR. PP. Superiores.*

DEnuò vobis ſupplex fio RR.PP. Quoniam uror & urgeor, crucior & premor zelans ſuper iniquos, defendere cupiens innocuos, quia videns video, quod triumphant impii, & palmas victoriæ ipſi à vobis reportent primi, ſimplicibus inſultantes, pungunt, mordent, exprobrant confidentes in mendaciis, & falſis confidentiis, quia & anſam ſeſe rapuiſſe de ore veſtro credunt, quàm tantò prehendunt fortiùs, tantò inquam ex hoc caput comparium ſuorum vellicant acerbiùs, quantò & gloriantur ſibi anſam porrectam ab iis, qui reſident ſublimius à vobis videlicet, quos obtendunt ſuis delationibus annuiſſe, approbaſſe, & ad hoc armâſſe, imò animâſſe, ut deferant frequentiùs, & obſervent cautiùs, hi inquam, invidi, hi æmuli, quorum gaudium innocentum infortu-

fortunium, quorum unica conſolatio i
nocentū confuſio, quorum requies inn
centum oppreſſio, exaſperatio, injuria
contumelia. Hi anchoras figunt in veſt
patrocinio, firmant ſe in veſtro eloqu

Ah! colendiſſimi PP. obſecro vos, n
lite credere omni ſpiritui, eſt, qui tranſ
gurat ſe in Angelum lucis, qui velut op
mo ductus zelo, tenax charitatis, & o
ſervantiæ regularis, defert alium de ve
contra vos prolato, de minùs ſpecioſa
ſublimi exiſtimatione, imò eſſe eum co
tra vos, tam ſpecioſis argumentis inſinu
rat, ut, cùm nullum minùs, quàm tale
delatorem ſuſpectum habeatis, concip
tis odium contra innocentem.

Non ita RR.PP. aliter ſe res habet, il
ipſe contra vos ſermonem inſtituit, ip
vobis minùs bene affectus veſtræ inſidi
tus ſolitudini, paci & quieti bonum co
fratrem filium veſtrum nil mali de vo
ſentientē verbis aggreſſus eſt tam dolo
tam ſubdolis, ut fortè ſi extorqueret ve
bulum, quod raperet de ore ejus, invid
ill

ille, ille eſt, qui ſtruere vobis nititur inſidias, famámq; veſtrã maculare, opinionẽ in corde alterius labefactare; Et quomodo huic palmas datis tam cito; cur tam cito cor immutatis & vultum, ut excuſſo omni affectu paterno, illi ferociorem ſolito occurſum exhibeatis? Cur non magis in ſuſurronem ſævire incipitis, & eum ut ſuſpectum creditis? ecce inſurgitis in filium optima quæque de vobis ſentientem, confunditis, corripitis, caperato fronte ei loquentes ut hoſti, aſcendunt nebulæ, quas admittitis vaporantibus ſuſpicionum caliginoſis humoribus cauſantibus ſic invidis? Timeo, timeo, ne dilatione collectæ, & mora temporis ſtipatæ cogantur in nubes, accendantur in fulmina diræ perſecutionis & odii.

Ah! quo faſcino mentes veſtræ tam limpidæ, tam bene ſubdito affectæ nebulis hiſce caliginoſis, iræ, odii & averſionis ſunt involutæ? quis invertit tam erectam, tam rectam erga filium mentem? En! attenditis & obſervatis eum, inquiritis de

de univerſis actibus illius & verbis, & hi interea cum ſtercore paſcantur, exultant in rebus peſſimis, & malis eorum lætantur; aliud certè vobis non ſuſurrabunt niſi quæ nociva illi, & quæ bilem vobis proritabunt.

Inquirite, ſi placet, ab iis, qui à talium fece defecati, mentem gerunt? nulla ta- infectam lue, & deprehendetis, quia non eſt reprehenſio in ſermonibus filii veſtri tam iniquè apud vos delati, nec ſtat ex adverſo vobis. Quo comperto, eradicate obſecro, zizaniam, quam ſeminavit inimicus homo lividum habens oculum. Ecce! recrudeſcunt toties in corde veſtro, conceptæ ſiniſtræ impreſſionis, imò creſcunt cum delationibus, firmantur conceptus contra innocentem, & cur hoc.

Ah! RR. PP. diſcutite priùs ſingula, examinate modum, priuſquam definiatur, & reperietis, quòd aut falſum ſit, cujus incuſavit iniquè eum, quem judicat æmulum, vel ſi verum, ſolùm ex parte verum

rum ſit, & ſecundùm quid, & longè aliâ forma rei, quàm qualem vobis impreſſit invidus ſuſurro, comperietis, quòd non ille, ſed iſte diſcurſum formaverit contra vos, támque diu continuaverit, quouſque extorſerit, aut conſenſum in malum, aut verbulum famæ veſtræ læſivum, aut auctoritatis labefactivum aut præjudicativum, & tamen ad vos tanquam alter dicere cœpiſſet, aut tam injuſtè de vobis ſenſiſſet, detulit ipſemet centies plùs reus, quàm is, quem accuſat cum intentione tam perverſa, duplex reus, quia dupliciter iniquus accuſatione & intentione.

O Deus! ô Superi! quàm longè ſatius eſt ſedere in angello cum libello, quàm vel unius ſplendeſcere oculo; Veriſſimum eſt illud, quòd omnia patent invidiæ, etiam paupertas, dicere liceat etiam labor & dolor, quæ inveniuntur in officiis, fomitem miniſtrant. Procul à Jove, procul à fulmine, mi frater, quiſquis te officialem futurum ſperas, neceſſe eſt, ut ad te protinus deficias, nihil appetendo,

quod

quod glorioſum eſt, & cum ſilentio præ-
ſtolando ſalutare Dei, pœnitebit te in no-
viſſimo, crede mihi, vel ſi contention-
ſerrã cum ipſis reciprocare, par pari red-
dere, eos obſervare, & deferre volueris
miſeriam augebis, & peccatum peccat-
cumulabis, te inquietabis & illos tecum
nuſquam nec intus, nec foris, nec in cor-
pore, nec in conſcientia pacem habi-
turus.

## *Reformatio invidi.*

TActus dolore cordis intrinſecus a-
veritatis voces reperio, Domine mon-
ſtra & chimeras, tibi proinde ſupplex fio
en vota, en propoſita non ficta, ſed firm-
ſed vera.

1. Radicem evellam, quæ eſt affectu-
officii, honoris & commoditatis per di-
cta ſuperiùs gemitu decimo & undecim-
propoſita.

2. Evidens damnationis periculum
expendam ſedulò, quoniam in tenebras
conjicit exteriores, ut palpem ( quod

ōperio me feciſſe hactenus) in meridie & æmonio agitur meridiano mille ſcatens endaciis & excuſationibus in peccatis.

3. Nunquam ſiniſtrè loquar de aliis, d vincens vincam, & propter Deum, ujus ſunt imago & filii diſcam ſpeciosè ntire de iis & loqui. Væ his, qui in via ain abierunt & Judæ.

## *eformatio ſuſtinentis invidiam, & viventis inter invidos.*

NUnquam narrabo de me, quod gloriam & exiſtimationem mei creare oſſit in aliis etiam ſub prætextu ædificaionis.

2. Charitatis actibus ſtudebo nomiatim erga eos, qui magis invident mihi  æmulos ſe eſſe produnt.

3. Humilia ſectabor ſedulò, & in huilioribus exercitiis me libenter exerceo, quæ minus ſuſpiciuntur ab aliis.

4. Sublime ſtudium, & quæ doctum, ruditum, ingenioſum, memoriæ tenacem

tenacem indicant, quantùm licet de[...] nabo, geramque me, ut rudem & in[...] ptum ad quodcunque officium, digni[...] tem, & prælationem.

5. Reprehenſiones publicas non [...] forma tantum ut patiens videar, humil[...] que habear, ſuſcipiam, ſed purè, quia D[...] ſic placet, gratanter acceptabo.

NB. Niſi hæc egerit, inquietus e[...] continuò, ſcatebitque ſuſpicionibus, [...] dio & invidia, vicem vici reddet, & [...] impatientiam, fœdiſſimas mordaci[...] verborum exhalationes exhalabit è [...] ctore, ſicut utrinque clades, nulla ex p[...] victoria ſit ſperanda.

## CONTINUATIO
*Sive*
## GEMITUS XVIII.

*Gemit preſſus ſub onere, ſub jugo Superi[...] invidiam, odium, averſionem, & vin[...] dictam erga ſe exercentis.*

ABundè mihi ſufficeret, ô inexhau[...] Bonitas, Deus meus & Domin[...] Crux à te ſubmiſſa, tentationes, p[...]

s & pericula peccandi. Verùm additur
ſuper ſuper dolorem vulnerum meo-
m, afflictio ſuper afflictionem, inſuf-
nte neſcio, quo vento, vel invidiæ,
l ſiniſtræ cujuſdam impreſſionis, ſive
id demum ſit illud, quod ego cum
ntò vehementiori animi ſenſu expe-
rior, quantò idipſum provenit ab eo,
i & Superioris vice fungitur, qui dum
e reſpicit, ut ſubtus, ſe verò ut ſuprà, ad-
rſarium ipſum & invidum ſentio, cen-
remque plus æquo rigidum ſuſtineo, li-
at & cribrat mores meos, dicta facta-
e, ut ſi quid in eis deprehenderit per-
ram actum protinus cæteris in aures
n auras ſpargat non alio fine & in-
ntione, quàm ut me reddat odioſum
quibuſcum in amore vivo, & pa-
& exiſtimatione, quam ipſe adimere
titur omni modo trepidans timore, u-
non eſt timor, videlicet ne ſurripiam
, quod tanto cum affectu poſſidet. Ve-
ntamen tu noſti Domine, quia diem
minis non deſideravi, nec cauſam

habet,unde mihi invideat,pacificam cu
cæteris converſationem, & ne dum ſ
datam bonam meam opinionem, qu
eximere tantopere conatur è cordib
aliorum. O quàm mihi amarum ma
treptum exuere,fel ſugere pro melle:qu
enim non gemam, non conquerar cor
te, quod vel minima ſuſpicio de me h
ſta adeò ei imprimitur in corde, ut bil
proritans fel continuò faciat ebullire
labiis?abſynthium & aloe labia diſtill
myrrha defluat,& lac deficiat, & ve
mea ab exacerbando tam aliena qu
propria ad placandum iratum offend
animum.

Et quidem tu Domine concitas ill
contra me, odoreris ſacrificium, ſin
tem filii hominum,Fratres mei, qui co
mendant me in faciem, videas tu Do
ne,& judices, diſcernas cauſam meam
ſpiciens in gemitus meos,quos edo, in l
crymas,quas fundo.Non niſi nos duo ſ
li novimus,unde premor, hæc ego du
patior, necdum hiſcere permittit

proc

ocellas omnes ad ima hærere cupit, nec um ad ſe vel grandinis ferri globulum, Boreæ flatum, aut pluviæ guttulam hi interim ſuccenſens ſingula, bene me vit ſat acutè & argutè arguere, corri- re, confundere, contemnere, ex ſub- ni quaſi chatedra increpare, incre- ndo imperare, & mortificando ex- rbare, ſed ubi ea in ipſo men- poſt hæc ſerenitas & animi tranquilli- ut ſic confuſo, ſic contempto infun- oleum, quo vulnus humiliationis in atricem coëat agnitionis & emenda- nis? Ah! ſuſtulit invidia, ſuſtulit animi ne averſio.

*ſpondet Chriſtus erudiens, admonens, & conſolans ſuper hac calamitate & afflictione ſpiritus.*

lli non facilè admittenda ſuſpicio, quæ non nititur fundamento ſolido, nec ſo- lum ſatis, & ſufficiens eſt invidiæ argu- entum negare, vel petita, vel verborum peritas, confuſio, & deluſio, ca- , ne concludas tecum invidiam

latere in Superiore, cùm ſit internum,
diverſis de cauſis procedere poſſint, q
tibi infert, fortè ideo hæc facit, ne tu
tum ſapias, ne te præferas cæteris, ne t
in oculis tibi major videaris, & paulat
præ mentis cœcitate & elatione, quaſi
phus in pulverem fatiſcas in oculis ali
rum, ut evenire ſolet cunctis in ſubli
gradientibus. Sed video te obſiſtere m
obfirmato animo de ſuſpicione conce
quod invidia Superiorem agitet, & u
exagitet, vexet, ſiniſtréque loquatur de
ad altiora ergo animum eleva, ad pati
tiæ neceſſitatem ſummè Religioſo ne
ſariam, reſpice in me exemplum viv
qualiter inter proprios meos fratres &
micos, inter eos, quibus benefeceram
paſſus fuerim, hac in re ſuper omnia m
mor eſto fidelium ſervorum meorum,
cole ſanctiſſimos à ſanctiſſimis, utrinq
ſine culpa toleraſſe perſecutiones ex
ſante hos & intentione optimâ, & in
centiæ ignorantia. Talis fuit S. Chry
ſtomus notæ doctrinæ & ſanctitatis D

Eto

tor, qui graviſſimis calumniis & priva-
im & publicè, à ſubditis, ab æqualibus,
mò à ſanctis exagitatus ipſemet ſanctus
trinque ſine culpa illi inferendo, hi in
on judicando; ſuſpectus fuit S. Hiero-
ymus de hæreſi graviſſimè vexatus à
heophilo Alexandrino Epiſcopo ob
orrendas ab ipſomet de ipſo conceptas
iminationes. Tales & tuæ fortaſſis ca-
mniæ, ſi tamen calumniæ, & non po-
ùs mortificationes neceſſariæ.

Optandum tibi foret, ut cum Sanctis
à Sanctis patereris, ſed credendum
odò, quod ſi non à ſancto, nec tamen ab
vido patiaris, bene meritus graviora.

## *Obſervatio.*

DIxi ſuperiùs de gemitu in ſufferentia
falſorum fratrum miraculum reputa-
i à nonnullis, ſi cum generoſa patientia
olerentur. Non minùs ſanè dixerim hîc.
erumtamen quiſquis ille eſt, felix, ſi fe-
at patienter & conſtanter, quoniam vi-
debis auxilium Domini ſuper ſe, ſi du-

rum eſt & grave ac intolerabile? cogi
quòd tantò majus erit præmium,
lentia namque iſta & tolerantia non
lum tantum referat, ſed & perfringit
gens deſcendere Deum pro adjutorio
pugna tam dira. Præ oculis habeat D
videm, quid egerit qualiter emolli
cor Saulis invidentis ſibi & perſequen
qui licèt tigride immanior, humili
tamen Davidis victus tam ſuavi,
melliflua voce compellavit. Vox hæc
eſt, fili mi David? Recolatur hiſtoria
tegra, penſentur ſingula, qualiter hu
litate Davidis victus perſequi deſtit
qualitérque Dominus reſpexerit D
dem Sauli parentem, Saulem excu
tem, omnémque ejus malitiæ, odii &
vidiæ cauſam in dæmonem omnis m
auctorem, aut lividos homines à dæ
ne inſtigatos conjicientem. Dic cum
dem, abſit hoc à me, ut manum me
mittam in Chriſtum Domini, abſit hoc
me, ut exacuam linguam meam in Su
riorem meum ad ſiniſtrè loquendum

ſo, quidquid ipſe de me ſentiat, aut dicat, evincam humilitate Davidis omnem, quam forte gerit averſionem.

Hæc omnia certè priùs memorata & innumera alia graviora, unà, unà inquam & ſola humilitate profunda ſuperabis, vinces, & ſimul emollies animum, quem ſuſpicaris duriorem.

Sed inquies forſan, ridet & arrridet, lætatur, imò anſam præbet ad mei confuſionem, vilipenſionem & contemptum, ſed, mi Frater, quid hæc nocebunt humili, qui non ſuum, ſed Dei quærit honorem, nobis confuſio, Deo autem honor & gloria. Velis nolis non arcebis hanc, quæ te urit afflictionem, quietus non vives, niſi huc collimes. Sed mallem, inquis amoveri iſtum & ſubrogari alium, qui non adeò mihi foret malè affectus, nec adeò contra me inflammatus.

Ne credas tuo hîc judicio & ſtulto conceptui, honores non rarò mutãt mores in pejus, credis fortaſſe alium, ad tem-

pus tibi quidem amicum permanſurū
ſuper amicum & locuturū tibi verba pl
centia? Non ita, arguet enim ipſe te ju
exigentiam officii, quod priùs facere no
tenebatur, & licèt modò tibi optimè
affectus, non tamen tacebit ad exceſſ
tuos, & vitam parum exemplarem;
non capit iſthæc, quem lethale officii v
nenum infecit, qui ad minimam eti
horret correptionem, timens timore
ſimo, ne impediatur ab eo, quod affect
miſer omni confuſione dignus, quou
à ſpe decidat, ſemper zelum prætend
injuriā ſibi irrogari obganniet, & im
ritam pœnam, ubique prægnantem p
dens uterum mentis inquietæ. Nec u
quam ſatis molliter tractabuntur, qu
quos urit ambitionis ulcus, nam ubiq
ſeſe tangi credent. de hoc ſup. Gem. 10.

Verumtamen avertat Deus ab iis, q
Superiorum munere funguntur, ne h
toxico inficiantur, ſuſpicantes autem
mulum, aut vice verſa invidum que
piam inter ſuos.

Ah! væ ſubdito, ſub talis Prælati protectione conſtituto; quia neceſſe habet, ut induat armaturam Dei, ſcutum fidei, indefeſſam patientiam, conſtantiam & omnium virtutum armaturam, pugnandum ei à dextris & à ſiniſtris, quod ſi fecerit, non timeat. Eſt Deus in cœlo diſponens omnia, obediat præcipienti, ſed non vereatur perſequentem, ſuſpiciat eum, cujus gerit vices, non concidat animo ad perſonam vexantem, defenſorem ſui habebit in hujuſmodi certaminibus de cœlo, ſolùm conetur manere in amicitia & familiaritate Dei amplectendo ejuſdem voluntatem. Si conſiſtant adverſus eum caſtra, non eſt, cur timeat cor ejus. Eſtò non ſatietur animus vexantis confuſionibus humiliati & confuſi; Eſtò te, mi Frater, accuſent mille modis & occultis acceſſibus, irrepant in animos Provincialium; Viſitatorum viſitantium; imò Generalis ipſius, ama virtutem, ſectare humilitatem & humilē patientiā, ſic tibi non nocebit ulla adverſitas adverſantiū,

quouſque nulla dominetur iniquitas.

Intimè tibi compatietur Deus, q niam potentem ſuſtines, hic lapis e dius, qui probat argentum, perdura, t ra, non enim vinces aliter (repeto & petam identidem) niſi humilitate & tientiâ, ſed ſoletur te hoc, quia inſpec tem habes Deum cum Sanctis univer tantùm ne cede malis, ſed contra au cior & audentior ito per patientiam, tamen ut ſis tanquam homo non au & non habens in ore ſuo redargutio gravis equidem ærumna, ſed & gra præmium, imò grandior neceſſitas t randi, quia non patet effugium, tra non nego alios & alios in ſuam ſen tiam contra te, concitat, animat, & arm animos aliorum adverſus te blandien imò charitatis actibus, in ſuam trahit ſe tentiam, ſolùm ut contra te ſint, non t reant te iſta, homines ſunt, quotquot n meras adverſarios.

Verùm ne palmam concedamus ex mni parte ſic tentato, ſic afflicto, aut q

ab

abſit, materiam ſuggeramus firmandi ſe in eo, quod concepit ex invidia videlicet fieri expendat priùs varias rationes, & radices, unde prodire poſſit hic immanior & inhumanior, ut ipſe credit agendi modus, intentio judicat omnia. Stuporem generant & ſimul mirabilem Dei diſpoſitionem indicat illa SS. Chryſoſt. Cyrilli, aliorumque calumniæ & perſecutiones, etiam ad exilium uſque ad mortē ſævientes ex zelo & intentione ſinceriſſima.

Quis inficiabitur & S. Chryſoſt. innocentiam ſimul & SS. Cyrilli & Hieronymi ſanctitatem nullo ſanè vitio minùs, quàm injuriæ, odiis & contumeliis obnoxiam? Et tamen, quæ non pertulit Doctor, præfatus Chryſoſtomus à SS. Doctoribus nominatis? in quo non Chryſoſt. habuêre ſuſpectum exoſum? non ſemel in exilium pulſus eſt, & damnatus à Synodo Conſtantinopolitana, vinctúſq; ad exilium ductus, ibidémque mortuus eſt graviſſimis ei objectis cauſis, utrinque innocenter, utrinque ſine culpa.

Ego ultra 18. numero cauſas ſatis graves & culpabiles, ob quas uti innocenter, ita ab adverſariis Sanctis, ſed ignoranter tam ſeverè punitus fuit. Vide Baron. To[...]

Vice verſa S. Chryſoſtomus, S. Epiphanium ut Canonum violatorem increpans, Eccleſia, quam fuerat ingreſſus cogit diſcedere, minatus illi tumultum populi, ni abſcederet. S. Cyrillus à Theodoſio Imperatore pio, tanquam perturbator habitus fuit. Malè perſuaſus fuit S. Iſidorus Peluſiota, ſine culpa tamen, ut S. Cyrillum crediderit hæreticum. Idem[...] eodem ſenſit & vulgavit. Theodoretus non ſine gravi ſcãdalo ei gravia objiciens. Hæc de Sanctis, qui & paſſi ſunt à Sanctis, his nihil decedente de ſanctitatis gradu, & illis cum incremento. Vide de his Lancicium in Opuſculo ſpirit. lib. 9. de ferenda cruce & perſecutione.

Horum ergo exemplis ſolentur ſe infirmi, & excuſent, credentes fortè eodem hîc modo contingere, quo cum illis. De S. Athanaſio vide Nicephorum,

Calixtum, Theodolum in Hiſt. Eccleſiaſtica, & ſenties levamen tuarum calamitatum & perſecutionum, miratus Viri conſtantiam in continuis perſecutionibus etiam non à malis zelo inculpato, & intentione ſanctâ in inferioribus pariter, ut in tolerantibus.

## Parergon.

O Quàm cautè foret procedendum in inſtituendis Officialibus, ubi qui inſtituendi ſunt plures habent compares, non dicam, ubi relictis Senioribus aſſumitur unus ex junioribus; præſtaret aliquando ab extremis orbis partibus alium advocare, quam talem aſſumere, eſtò is ſit præ reliquis adornatus dotibus & talentis, ſi habet competentes, habebit invidos & oſores, ſuique cenſores oculatiſſimos. Solent nonnulli Prælati relictis propriis Profeſſis aſſumere alienum; prodeſt hoc frequenter, aſt non ſemper; conglomerantur enim & adverſum hunc pariter omnimodè quidem inter ſe diſſidentes; ſed ut hunc perſequantur unanimiter concor-

dantes, ſi fortè illum extrudentes ſeſe in-
trudant. Verumtamen uno ex iiſdem vo-
to conſecuto, quid ſequatur, quis in cæ-
teris affectantibus fiat ſenſus, utinam no
probaſſet ventus. His bene cecinit Pro-
pheta: Regnârunt, ſed non ex me. Væ i
lis, qui ſic amant primas Cathedras, ut no
in amando ſolùm quieſcant, verùm ad e
quæ cogitare fas non eſſet de Religioſ
deveniant. Ego, quia multa ſupra de offi-
ciis dixi, pluribus modò dicendis ſuper-
ſedeo, negotium relinquens Spiriti
Sancto, qui dignetur Provinc. Viſit
Prælatis, Prioribus & omnibus quorum
intereſt, inſtituere, & deſtituere ſuos Of-
ficiales tale conferre lumen, ut prævidea
& agnoſcant ingentem miſeriam, quæ o-
riri tam frequenter ſolet ex iſtiuſmod
mutationibus & inſtitutionibus; Et quia
mihi deeſt ea oris facundia, eaque inge
excellentia, ut poſſim perſuadere & re-
monſtrare, quia inquam, deeſt fortè ea fi-
dei habendæ dignitas in perſona, qu
ſcribit iſta, ut credant quod ſentio, vide-
licet

licet non eſſe malum, non eſſe vitium huic ſimile, tam fertile vitiorum, tam incurabile malorum malum, ita ſedebo tacens, mœrens & lugens ac ſimul orans lumen indeficiens, illuminans omnes, ut velu-nius hujus mali fundum penetrent, Amen.

*Reformatio eſt, ut in antecedenti Gemitu addendo Reverentiam, Modeſtiam, & amoris reverentialis exhibitionem.*

## GEMITUS XIX.

*Indignatur Gemebundus, quod zeloſus eſſe (ſic ipſeſe nuncupat) prohibeatur.*

TAbeſcere me fecit zelus meus, Deus meus, cùm enim domum tuam deceat ſanctitudo, quid eſt, quod tot in illa videre cogor tranſgreſſores legis tuæ, Cæremoniarũ ignaros, incurios? hic munda non ſervat ſua, ille ſordet, manibuſq; illotis ſacra vaſa tractare non veretur hic lacerâ veſte, cùm meliorẽ habeat, in die ſancto ſolenni comparet, is pedibus tumultuat & perſtrepens incedit, nulla eſt attentio, reverentia nulla interior, & exterior,

tior, iſte ſibi nihil intentus, oblivioſus &
negligens non prævidet agenda, non ad-
diſcit legenda, cantanda, errores innume-
ros committens, idque impunè, hic le-
ſedem levat, dexteram inſertam tenens, to-
tus deſes, piger & tetricus, nihil curæ ſi-
ſinit eſſe in iis, quæ legem tuam ſpectant
librum volvunt alii nimium, ſcyphum le-
ori admovent non dexterâ, & multa al-
ſiniſtrâ manu ſiniſtrè prehendunt & tra-
ctant.

Hæc & alia cùm intolerabilia mihi ſin-
& reformare velim, inhibeor, corripior
peſecutionem patior, contumeliam & in-
juriam, imò inquietus, impatiens & ſcan-
daloſus audio & fatuus. Non ita Domine
immoriar zelo huic, quoniam honorem
tuum promovent & decorem domus tuæ
à te præmiũ laboris & fervoris exſpectant.

## Reſpondet Chriſtus
### *malè zelanti.*

FIli mi, tibi dictum arbitreris illud, alii
prodeſſe & ſibi nocere, ſtultitia eſt, non

chari-

haritas, meliùs foret, ſi à te inciperes, ſe-
us nunquàm rectè uſurpabis zelum, ut
t virtus, majori cum vitio tu corrigis,
uàm id eſt, quod corrigis. Zelus tuus
on eſt ſecundùm ſcientiam, zelus tuus
ommotio eſt, & non in commotione Do-
inus, zelus tuus impatientia eſt, non cha-
tas, charitas quippe non contra ſe pu-
nat, non exacerbat, patiens eſt, benigna
t, non agit perperam, non iraſcitur, niſi
bi, omnia ſuffert, omnia credit, omnia
ſtinet; zelus tuus ira eſt, ſed non in ira
Dominus, quia ſuavis & mitis eſt, ſi bonus
zelus foret priùs tibi iraſcereris, non homi-
ni ad imaginem Dei facto, neque te ſic al-
teraret; zelus tuus imprudentia eſt, ex ſto-
lida quadam & phantaſtica opinione pro-
diens, alium te eſſe oporteret, ut zelo poſ-
ſes uti rectè. Verus zelus compaſſionem
mentis fert ſecum; zelus tuus in hoc fun-
datur ſed malè, quod nimirùm alios li-
benter velles non tam perfectos, quàm ut
juxtà tuum cerebrum ambularent, non
attendens, quàm grandi oneri tu ſis cæte-

ris,

ris, qui in te ſi zelare vellent tua vitia, i
quietudinis, & vitam defectuoſam, extu
bandus eſſes ex communitate, ſeparand
ut leproſus, aut ut filius Belial, & abſq
jugo in carcerem conjiciendus, ſed parc
tur tibi à compatientibus infirmitati tu
& conſuetudini pravæ.

O monſtrum execrabile, zeloſum
dicere & omnibus oneroſum vivere, ino
bedientem, immorigerum & arrogan
tem eſſe! quem te ipſum facis? dicis &
jactas? totus incurius actionum tuarum
alienis te miſcens negotiis, ſepoſitis tu
propriis, queruloſus, vagus & garrulus
& tu te zeloſum obtendere audebis? N
ſi ab hac ſtultitia ceſſaveris, execrabilis hy
pocrita appellaberis. Ut quid enim ſto
macharis? ut quid choleram effundis? u
quid impetuoſus, invidus & inconſidera
tus in tantùm, ut vix quidquam ordina
tè agas? aberras nimium, imò potiùs e
vertis omnes zeli leges, tu dominari ma
gis cupis, quàm emendare, patet hoc ex
modo increpandi, ex ſublimi quadam ca
thedra

thedra cum auctoritate ex imperioſitate, tanquam ex juſtitia & officio tibi id competeret. Sed audi, quis dedit tibi hanc poteſtatem? regnarene veniſti, an ſubeſſe? ſiccine te præbendarium exhibes, & humillimum omnium ſervum, qualem te ſpopondiſti, dum ſuſciperetis?

Erubeſce miſer, & ad ſaniora & humiliora te converte, memor eſto, unde excideris, ad quid veneris, eme tibi aurum ignitum charitatem, fervorem tui & zelum erga te conſidera, quàm longè diſtes à Viris ſanctis, à Viris zelo fulgentibus, & vel ex hoc diſce, quia ad compatiendum tibi es tam promptus, ad condeſcendendum, ad connivendũ defectus aliorũ tam durus, diſtas ergò ab ipſis & à zelo, quantum cœlum à terra. In te ſævias neceſſe eſt, & ut aliis parcas, taceas, & ſis homo, quaſi non audiens, & non habens in ore ſuo redargutiones, quouſque in te fueris pacatus, & quietus, & tunc ſic alios quoque valebis pacificare & quietare: proprius amor ille, qui ex natura ſua eſt inquie-

quietus, decipit te graviſſimè ſimul & aſtutiſſimè; imponens tibi tam ſplendidè, ut cùm in mediis paſſionibus ſedeas, ſub zeli tamen nomine eas exeras in alios, imò eò inſaniæ te ducunt, ut tu cùm miſer ſis & miſerabilis, & omnibus importabilis, meum zelum cum tuo comparare non formides.

O hypocritam! ô impoſtorem! ô deceptorem, qui lutum pro vaſis aureis, idola pro Deo vendere audes! & cùm ſis plenus ambitione & regnandi cupiditate, zelum prætendis, & ut zeloſum te haberi cupis.

## *Obſervatio ad Cacozelum.*

REfertur de quodam enormiter peccaminoſo uſurario, qui uti turpiſſimo lucro inhians, gravi ſe peccato contaminabat indies, ille tamen pro nihilo reputans hoc enorme peccatum, econtrà exsecrabile & intolerabile crimen exiſtimabat, imò nec tolerabat, ſi quis in Eccleſia exſpueret. Huic pares, ſi non criminis magnitudine plurium tamen peccatorum

multitudine juſtè dixeris, qui ſe zelum habere pro Dei domo, jactitant. Ah! quàm ſedulò hic in novitiatu invigilandum ſit, nemo credit; ſed efficit nonnunquam innata Superiorum clementia, ut contenti ſint, aut filiali reverentiâ & amore, aut quod deteriùs eſt, pecuniæ ſpe allecti, tales admittant ad profeſſionem, poſthabentes quietem, quam non prævident turbandam per tales ſucceſſu temporis, excuſſet eos intentio recta & ſimplicitas animi.

Verumtamen ut fatear, non facilè ſemper dignoſcantur iſtiuſmodi, nec ſe ſemper tunc exerit, & difficile eſt divinare in hoc ſemper, quales ſint futuri, id tamen pro comperto habeant, quod de iis, qui nimium pueriles ſunt, timendum ſit, adeoque vel inſigniter probandi, vel dimittendi, eſtò adferant mille milliones florenorum, quia in veritate præſtantior eſt pax & concordia, quæ turbatur per tales, quàm multa pecunia,

Alterum indicium eſt, quod ſicut ſin-

gulares

gulares præſertim in quibuſdam devotiunculis cum aliqua judicii tenacitate, vel complexionis melancholicæ, qui tamen ultimi, ſi bene probentur, ſolidi efficiuntur & utiles, niſi tamen non excedant per intemperiem complexionis nimiam, & ſimul ſe dedant ſtrenuè virtutibus, & pro cholera induant mitem animum.

Ah! ubi non ſit, quàm intolerabile ſpectaculum, ubi paululùm conſeneſcunt, & ſequaces ſibi cernunt ambulare diſſimiliter, nec poſt ſuas apprehenſiones uti tamen vellent, gradiuntur, hic commotiones animi, correptiones, judicia temeraria, quærimonia ſine fine, ſine modo odientes & odioſi, immorigeri, excœcati, ad minimum negatum reſpectum, ne dicam ad illatum deſpectum, lingua palpitat, tremunt labia, facies immutatur, flammas oculi concipiunt, ut meritò interrogandi forent, quid tibi factum fatue? quæ te obſident & agitant dæmonum cohortes? obſeſſus es, an furiosè fatuus, an fatuè furioſus? ſed audite, quid dicat:

tabeſcere me fecit zelus meus, quia ſcriptum eſt, iraſcimini, & nolite peccare, Chriſtus quoque flagello uſus fuit, dum ejiceret vendentes & ementes de templo; ſic traducitur veritas, quam ſupprimit in pectore cœcitas.

O miſerum te! neſcis, quia ira ſervit, non dominatur in vero zeloſo? Nemo iſtorum mihi Sanctos opponat ampliùs, qui zeloſi fuiſſe & quidẽ cum cholera ſcribuntur, ſed priùs ſe ſanctum faciat, ſic credam ex zelo procedere, non paſſione. Nemo mihi dicat licere ſibi exẽplo S. Pauli alios vocare inſenſatos, corripere, arguere ſeniores & Superiores etiam, fiat priùs S. Paulus, & concredã ei, diſcat priùs ea, quæ oportet adhibere in loco & tempore.

Sed, ut bene inquit S. Franciſcus Saleſius lib. 10. de amore: homines acerbi, plus æquo anxii, inquieti, præſumptuoſi & maledici ſervientes & inhærentes ſuis inclinationibus, humoribus, averſionibus & arrogantiæ, ſuam injuſtitiam pallio zeli volunt tegere, & ſic qui talis eſt, inquit

citatus

citatus Sanctus, ſub nomine ſacri ignis ſi-nit ſe comburi à propriis paſſionibus, ze-lus ſalutis animatum facit deſiderare Præ-laturam, ſi ambitioſo credamus: Idem ze-lus facit, ut Monachus huc & illuc diſcur-rat, ut perſuadere vult homo inquietus.

Quin & idem zelus facit, ut excitentur periculoſæ murmurationes contra Præ-latos, quid multis, Sermo alius non eſt niſi de zelo, & tamen nullus comparet zelus, ſed ſolummodò maledicentia, cho-lera, odia, invidiæ & inquietudines ſpiri-tus & linguæ, ſic ille. Inde alii anſam ſu-munt (ſed peſſimè) ut deſerant ſtatum ſuum non attentâ vocatione incipiunt tra-ctare talenta, impendere eadem volentes contra fas & vocationem, inſtruere alios & præeſſe, non attendentes omnia hæc procedere ex vana gloria laudis & hono-ris appetentia, quæ hic commemoro, & alia plura, vide Gemitu 2.

*Reformatio per propoſita*

§ CUm teſtibus SS. Patribus verus ze-

lus ſit

lus ſit dulcis, quietus, pacatus, & ècontra falſus, turbulentus, inquietus, amarus, generans ſuſpiciones, conturbans alios. Sedulò perquiram, quis ſit meus, & quantocius reformabo eum per charitatem veram, quæ operit multitudinem peccatorum. Si peccata operit charitas, cur non & defectus leviores ignorantias aut negligentias non graves? O me cœcum hactenus.

2. Per compaſſionem charitativam, quæ nulli iraſcitur, ſed tolerat, connivet & excuſat.

3. Cùm verus zelus ergà ſe priùs zelum habeat, erga ſe durus ſit, & in corpus proprium ſæviat indeſinenter, diſcam agnoſcere palpabilem meam ſtultitiam, quâ indignor aliis, mihi ſemper benignus, cùm multò plenior ſim defectibus, quàm illi quos corrigo; adeoque in me ſeverior & accuratior ero.

4. Terrebit me mentis cœcitas, quam Deo caſtigante incurro, dum cœteris intentus, me ipſum tam turpiter negligo.

O homo inexcuſabilis es, qui judic
qui turbas pacem habentes!

## GEMITUS XX.

*Queritur, graviterque fert, quod adeò humilietur.*

DOmine, neceſſitas cogit me conqu
coram te, quoniam inſurgunt in
humiliantes, confundentes & vitupe
tes: ſperans ſperabam, profeſſione fa
jugum alleviandum; ideoque mihi era
deſiderio, aſt nihil minùs modò me
agitur, contradicitur mihi, corripior,
crepor, arguor, vix tergum verto, &
ce inſtar Superior increpans & mort
cans, vix pedem tollo, vix labia moveo,
ita obviatur mihi, ut nihil niſi confuſio
periat faciem meam à continuis voci
exprobrantis & obloquentis. Si N
tius forem, tolerabile reputarem, nec
patientiam monſtrarem, credens, quia
eſſet conſuetudo & annus probationis
rùm ſufficiat eis vixiſſe me per annum
tegrum Novitium in tanto rigore,
mortificationibus & confuſionibus ve
tum

tum, deſinant modò, an me ſemper fatuū habebunt ? Stimulant indeſinenter, reſonant injuriationes, pœnalia ſubire cogunt continuò, in ſumma : affligunt me undique, & tolerarem utique ab ipſo, quem ſcio non duci intentione malâ. Verùm inſufflant folles, Fratres mei mihi invidentes & averſi à me, qui ut confuſionem mihi generent, me deferunt, deſcribunt ut talem & talem, ſicque eum inſtigant, isque ut morem illis gerat, ſe exerit contra me humiliando, & mortificando. Accedit, quod frequenter & publicè fiant hæc, tantùm ut magis rubore ſuffundar, ſi in privato id faceret, ſuſtinerem utique, putat hæc mihi proficua & neceſſaria, ſed non ita decipitur, ſanè faciliùs me lucraretur, magis me moveret, ſi manſuetè & leniter mecum ageret, quàm iſto modo, ſanè ſcire deberet, quod turber, & ſtimulis impatientiæ exagiter, & ſuſpiciones concipiam contra inſufflantes, quæ ſanè deberet perpēdere & ceſſare à ſimilibus, mecūq; ſuaviter procedere, præ-

ſertim, cùm & alii ex hoc deteriorētur, cre-
dentes me ſemper culpabiliter agere, a
eſſe meritum talia, imo ut ſuperbum, cap-
toſum, & immorigerum reputantes.

## Reſpondet Chriſtus
### *Gementi.*

FIli, quaſi unus de ſtultis hominibus l
queris, quorum via eſt inſtar Filior
Belial non recipientium diſciplinam, ab
ras à ſcopo, heu nimiùm aberras, mu
promiſiſti, dum profeſſionem feciſti,
parùm exequeris, omnimodam humi
tem prætuliſti, ideoq; ſuſceptus es in c
ſortium ſervorum meorum, non ſuſcip
dus, niſi te talem ſpoſpondiſſes victur
Quid eſt, quod te modò faſcinavit, ut r
trogradiaris, & reſilias à promiſſis?
tua modo ſimplicitas, & ſimplex obedie
tia, animique ſubmiſſio, quam in No
tiatu habebas? quis te docuit judicare S
periorem tuum, an arbitraris eum n
conſiderare ſingula? aut tibi non exp
diens eſſe hæc tibi inferre, aut ad alioru
invidiam, & ſuſurrationes eſſe tam fle
bilem

bilem ? mihi judicium datum à Patre, & tæ tibi, ſi mihi præjudicans ſubterfugere volueris virgam Domini non caſtigantem te ſolùm, ſed & erudientem ſimul ? novit Superior naturam tuam & indolem, novit periculum, quod imminet tibi, niſi præveniat humiliando te multæ latent rationes, quæ modò abſconditæ ſunt ab oculis tuis, quare hæc & illa fiant, tam frequenter & publicè, ſic enim exigit juſtitia, ut & cæteri diſcant tuo exemplo.

Nec eſt quod obgannias, alium aggrediatur, quid me non tam reum, non tam in periculoſo ſtatu conſtitutum vexat ? quid meo malo alios erudit, cedo aliis hunc honorem, hunc favorem, ut quid enim ego reddor ſuſpectus, famamque perdo ? non ita fili, non ita, nihil hic, quod aut famam lædit, aut malè ſuſpectum, niſi malo tuo te reddere poteſt. Longè honorificentiùs Religioſo, exerceri in paleſtra humilitatis, quàm vivere ſuo libitu in grandi exiſtimatione cùm mentis elatione, quæ ordinariè generatur in hac pace

& quiete. Imò videt in te magis quàm in
alio rebellem, & ad reſiſtendum procli-
vem voluntatem. Novit nequitiam cor-
dis tui, exoſculare ergò manum Medici.
Quid enim? Si ideo corrigendus non es,
nec humiliandus, quia turbat te confuſio,
quia ad impatientiam movet te, quando
corrigendus eris; cùm ſemper ſis impa-
tiens, nec unquàm te patiaris reprehendi.
Sis ergò, vel fac, ut ſis, qualem te per vo-
tum futurum promiſiſti, adnitere ut am-
contemni, reprehendi & confundi &
runt tibi verba licet aſpera & dura ſup-
omnia aromata; Perpende te ad hæc tan-
ti vi vocationis, vi votorum tuorum, re-
puta gratiam, ſi ferramentum adhibet Su-
perior, quatenus reſcindat in te, quod pu-
tridum, ſævit in amorem proprium, ut
implantetur amor Dei, nec hæc ſævitia eſt
ubi ut malum avertatur, bonum applica-
tur. Compelle voluntatem tuam rebel-
lem, priuſquàm fatigatus ſuperbia cor-
dis tui, & indignis murmurationibus ceſſet
Superior à caſtigatione tui, & fias qua-

ovis

ovis ſine Paſtore. Et quò te exinde ducet perverſitas tua? an putas pacem habebis? O maledicta pax, ubi regnat amor proprius, amor excellentiæ, honoris, & præfertur exiſtimatio profectui, ſuperbia humilitati! O quàm turbulento & infelici fine clauditur pax iſta! hic urendum, hic ſecandum, hic deſcende vivus in infernum, ut vivens cum viventibus & regnantibus in cœlo pace fruaris verâ, hic humiliandum caput, ut ibi erigas, hîc bibendum de torrente, ut ibi ſatieris ab uberibus conſolationis æternæ. Hic gaudendum non in quiete cordis, ſed in tribulationibus & tentationibus multis & magnis, quouſque introeas in gloriam non tuam, ſed meam. Si me intrare ſic oportuit, tu renues? non ita fili, non ita, quin potiùs meo ſtimulatus exemplo, ſequere conſilium meum, imitare vitam meam, ut mecum gaudeas ſine fine,

AMEN.

## *Obſervatio.*

GRandis ſanè miſeria in Religionibu[s] morem hunc hoc tempore vigere, [ut] quo in eis vivitur diutiùs, tantò patienti[æ] ſtudeamus parciùs. Dolenda res, & [vix] ſatis deploranda, tot ſtipatos fulcris, t[ot] munitos armis, tot inſtructos præſidi[is] langueſcere, deficere, emori virtutibu[s] ac dilecto, non ut illa in Canticis, ſe[d] heu! ut ille in Apocalipſi per tepiditate[m] & ſocordiam inter pinguiſſima paſc[ua] attenuari fame, flacceſcere & miſerabi[li]ter perire. Obſtupeſcite cœli, quia dilectus, vocatus & electus è millibus in domo Domini vivit quaſi unus ex illis, quibus non illuxit lumen veritatis; mendaces Deo injurii, quia votifragi, an non votifragi, qui voverunt obedientiam morumque ad meliora converſionem? & proprium ſequuntur captum? an non votifragi, qui humilitatem promiſerunt, & eam modò abhorrent? an non voti violatio ad confuſiones & contemptum, quæ unicè illis forent exoptanda, quæren

da &

da & amanda, triſtari, iraſci, exacerbari? alios perfectos optamus parum ſoliciti, quod & nos cæteri optent. Sed eheu Filiæ Sion lugent, quia nemo eſt, qui venire cupiat ſerió ad nuptias agni. Flacceſſimus, langueſcimus, tepeſcimus, de aliorum imperfectionibus querulamur. Confundi eos & humiliari deſideramus & procuramus, nobis verò procellas omnes ad ima hærere volumus, nec ullum ad nos vel grandinis ferre globulum, vel Boreæ flatum, aut pluviæ guttulam, quin potius exardeſcimus & intumeſcimus, ruminantes & meditantes vindictam, ſi quomodò & qualiter par pari reddere poſſimus. Mirabile ſanè imò non tam mirabile, quàm miſerabile, cùm hæc ſit una & ſola ad cœlum via, tam lentè tam retrogrado greſſu eam incedere, honores appetere, & exiſtimationem quærere, & tanquam grande nobis immineret periculum reputare, niſi cum Politicis & mundanis famam noſtram defendamus, cùm ſic magis amittamus altercando, mordendo, tela telis re-

torquendo? Hæccine via perfectionis eſt offendentem offendere, confundere, & ad æqualem nobiſcum impatientiam pertrahere, imò quod graviùs etiam eſt, iis per quos Deus voluntatem ſuam nobis innuit, contradicere Senioribus, Superioribus, injuriam reputare, ab iis corrigi, corripi, emendari? Væ nobis, qui viam Domini cognovimus, & tamen ambulare recuſamus. Heu! Sufficit nobis non peccâſſe mortaliter! In ſæcularibus fortaſſe locum inveniret iſthæc tepiditas, ſed in Religioſo minimè, utporè, qui votis ſe Deo dicavit & vovit viam perfectionis; de hoc in Reformatione poſtea.

Sed ponamus, ſalvari poſſe talem, quæ tamen ejus erit converſatio, quæ mentis inquietudo! ratum ſiquidem & probatum habeo, quod quamdiu Religioſus eò non pervenit, ut amet confundi, humiliari, vilipendi, annihilari, quietem & pacem internam reperiet. Multi multa legunt, ſed optandum foret, ut & multum facerent; celebrant quotidiè, immerguntur ſpiritualibus

tualibus lectionibus,ita ut & magnâ parte memoriter ſciant S. Scripturam, toti interea imperfecti, intus & foris inquieti, invidi, iracundi, tumidi, ſeſe in omnibus defendentes tam acriter, tam conſtanter, tanquam de cœlo expugnando foret concertatio. Et unde hoc? niſi quia ſe tam parum applicant ad acquirendam humilitatem, perfecti eſſe cuperent, ſed ſine labore, magni haberi volunt viri maturi, Religioſi & contemplativi, cùm nihil minùs habeant. O qualis reddenda ratio, ſic decipere ſimplices homines habitu ſancto, & capite attonſo?

Verùm ſcio, nonnullos reſpondere charitatem præcellere humilitatem, tanquam huic operi darent. Verùm detur mihi homo, qui pertigerit ad charitatem, ſive ea ſit dilectio Dei, ſive proximi, quatenus hanc ſpectes in operibus, quis unquam ſine humilitate, ſuique contemptu id aſſecutus eſt? Scitè & aptè Gregorius: qui ſine humilitate virtutes congregat, quaſi in ventum pulverem portat. Quiſq;

ſuam conſcientiam diſcutiat; unde fiat, unde veniat, ut dum ſoli ſumus & aut meditandum, aut legendum, vel dormiendum, nos loco optimarum cogitationum tumidis, iracundis, ſuſpicioſis cogitationibus ſinamus nos infeſtari, turbari, & cruciari? Unde hoc, niſi quia contraria nobis eſt humilitas? horremus eam, amovere nitimur, quidquid ſapit hanc virtutem, & tamen ejuſmodi velint, nolint, coguntur portare crucem vel inviti, quàm ut ferant fructuoſiùs, utinam oſculentur manum Domini occaſionem ad hanc portandam miniſtrantem. Sed inquient, ut aſſolent multi, opinionem de me perdent alii, ſi me ſino derideri, vel reum arbitrantes, vel Idiotam, qui neſciam me defendere, aut certè ab altiori fortuna, id eſt, officio, impediar per iſthæc, quia habebor exinde vilior & ineptior.

Et hæc, O amice Lector, O dilecte Frater, miſeriarum ſumma & virtutum remora eſt ordinariè ſeſe objiciens, patrineſcia & omnis humilitatis & humiliationis capi-

talis inimica. Tali homini ſic afflicto, ſic infecto fruſtra ſuadebis humilitatem, ſtante affectu, quia implicat, ut loquuntur Philoſophi, confringetur potiùs, quàm flectetur ad virtutem iſtam: tollatur priùs ſpes officii, & ſic ſperanda meliora, ſic inquam crede, quia lucraberis fratrem tuum. Sed hoc opus, hic labor eſt. Fatiſcerem ſub onere, ſub conanime, ſi conarer hîc conficere pharmacum efficax altiori hic opus eſt conſilio, non enim hic eſt morbus, cæteris ſimilis, nec ita curabilis, maximè ſi invaluit, his enim, ut repetam identidem, ſic affectis, ſi humilitatem ſuaſeris, contriſtabis, ſi ſpem tollere volueris, nutris & foves, & periculum eſt, ne cancer ſerpat, & aliquando aperiatur in gangrænam, ſiquidem omnia trahit ad nutrimentum & incrementum ſui affectus. Vide plura ſupra Gemitu 10. & 11. de contagione & virulentia hujus, & inſtituatur hîc

## *Reformatio per motiva ad perfectio-nem, ad humiliationes patienter ferendas, imò amplectendas.*

1. Recogitabo ſeriò, quòd ſub mor tali etiam peccato tendere tenea ad perfectionem, quæ ſententia, uti teſt Navarro & Roderiquez tepidis terrib lis, veriſſima tamen eſt juxta eoſdem & S. Thomam & alios, idque triplici d cauſa. 1. Ratione voti. 2. Ratione Reg læ & ſtatutorum obligantium. 3. Ratio periculi in graviora labendi. Addunt Ca jetanus, Azorius & Valent. apud Re zern. Tom. 1. cap. 1. num. 3. Ne obſi ment animum contra Spiritûs ſancti in ſpirationes. Clariùs & exactiùs Joann Euſebius in doctrina Aſcetica lib. 1. do ctrina 4. Cap. 30. & ſeqq: lege, quiſq tepeſcis in virtutis via, & tinnient tib ambæ aures, quia probabit te ſimul torem eſſe hypocritam & decept rem.

Ah! quid ad hæc, qui non ſolùm no

tendu

tendunt ad perfectionem ad humilitatem, ad charitatem mutuam, ſed inſuper eam diſcindunt ſuis ſuſurrationibus, & doloſis machinationibus, quatenus acquirant, ad quod ſtultè aſpirant (hæc per parentheſin) ad perfectionem autem non tendit, quiſquis animum non inflectit, aut certè inflectere nititur ad patientiam & humilitatem. Ergo inflectam, ergo amplectar mei contemptum, ſuſcipiam, ſi nondum gratanter & gaudenter, ſaltem patienter, quidquid infertur mali, idque conſideratione.

1. Sanctorum, imò Chriſti ipſius, Beatiſſimæ Virginis & aliorum.

2. Graviſſimæ comminationis illius Apocaliptici, quia tepidus es, incipiam te evomere ex ore meo.

3. Timore graviſſimarum tentationum, quibus Deus graviſſimè & fœdè ſæpe tentari ſinit elatos, aut viam humilitatis nòn gradientes.

4. Evidens damnationis periculum in Religioſo me movebit.

5. Cùm

5. Cùm ignoret omnis homo, an amo-re vel odio dignus ſit, ſummè timendum eſt Religioſo tepido, elato, humilitatem refugienti (quæ tamen humilitas una & ſola teſſera eſt veri Religioſi) ergo amplectar.

6. Item conſiderabo exempla horrenda Apoſtatantium, aut certè gravē caſtitatis jacturam patientium, aut aliàs malevi-ventium, & damnatorum Regularium Monachorum & Eccleſiaſticorum, quibus hoc unum cauſa ruinæ fuit, quia detrectârunt ſeſe humiliare, ſed ambulârunt extento collo ſibi ipſis placentes. Sapiam ergo, quia fœlix, quem faciunt aliena pericula cautum. Cùm S. Bernardus dicat: quòd tepor paulatim ingerat Apoſtaſiam cordis. ſerm. 3. ſuper Pſal. 90.

7. Movebit me inſuper ad humilitatem ſectandam certitudo ſalutis æternæ, quia tantò quis certior eſt de ſua electione & prædeſtinatione ad vitam æternam, quantò quis deſcendit profundiùs per humilitatem & patientiam, humilia ergo ſectabor.

8. Ex-

8. Expendam quoque conſolationes & viſitationes divinas (quas experiuntur humiles, quibus carent impatientes & murmuratores) & hæc erunt mihi ſtimulus.

9. Non minùs etiam expendenda mihi eſt quies & pax animi in humili, plenaque paſſionum victoria, certè movebit me, ut deſiſtam ambulare vias difficiles.

10. Monſtroſitas hominis impatientis, iracundi, ſuſpicioſi, odientis & odioſi; en ut fumum ſpirat naribus, ut flammas emittit ex oculis, ut tremit labiis, ut tremiſcit artubus, ut exhalant fauces fætorē contumeliarum? quibus omnibus exponitur, qui non ſectatur humilia. O mi frater, ſi nondum talis es, qualem hic depingo, eris tamen, niſi ſecteris humilitatem. Deſcendam ergo in nihilum mei, ne efficiar beſtiis & pecudibus ſimilis, quia revera iracundi & paſſionati homines ſimillimi his irrationalibus creaturis efficiuntur.

11. Auditu terribilis ſententia S. Joan-

nis Chryſoſt. Epiſt. 1481. Inter Sacerdotes paucos eſſe, qui ſalvi fiant, ſed plures, qui pereant. O tremenda verba inter hos paucos ut reperiar, efficiet reſolutio concepta humilitatem, & mei contemptum amplectendi.

12. Conſiderabo abyſſum judiciorum Dei, qui viros etiam Sanctos tam fœdè labi ſinit. Exemplo ſunt Tertullianus, Origenes & alii Eccleſiæ antea Columnæ: Origenis ſanè, qui vitam leget apud Nicephorum, mirabitur ejus Sanctimoniam, plùs verò lapſum tam miſerabilem, & quoniam non perſtiterunt in humilitate, Deus illis reſtitit, gratiam ſubtraxit, quouſque pedetentim lapſi, & qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. Et nunc cruciantur & cruciabuntur in ſæcula ſæculorum, ſine fine, ſine ceſſatione in æternum, & ultra, ab his liberatur humilis.

# GEMITUS XXI.

*Quæritur & ſiniſtrè ſecum agi credit, eò quòd negantur libri ſpirituales, & aliæ mortificationes corporales interdicantur.*

COnqueror & juſtè quidem, quia cor meum repletur gemitibus, Domine, quorum curæ ſum commiſſus, ii neſcio, qua intentione quo motivo denegant ſaluberrima quæque, qualia certè ſunt libri, in quibus continetur medicina ſalutis, hos cùm deſidero, cùm requiro, rotundè negantur mihi tanquam nocivi forent.

Non ita tamen eſt, imò noſti Domine, quod prodeſſent mihi multùm, & plurimùm mihi conducerent ad honorem tuum promovendum, erit námque tibi laus inde & gloria, cùm ea, quæ ex iis hauſero, aliis enarrans, illis pariter addidero ſtimulum. Sed ecce repellor, repudior, & confundor ab exſpectatione mea ad humilia, ad abjecta retrudor, tanquam

nihil de virtutibus noſſem, aut certè, qui venenum ſugerem ex optimis unguentis. Humilitatem prædicant & ſimplicitatem, unum idémque relegere jubent. Verumtamen nauſeat anima mea ſuper his quæ jam toties legi, ſi mala foret res quam poſtulo, non affligeret me tantopere nec eſſet, cur Superioris intentionem hîc culparem & modum. Verumtamen cùm & vocationi meæ ſit conſentaneum, imò neceſſarium, ſcire viam Domini, & viam ad perfectionem, non poſſum non affligi, non conqueri de repulſa, videntur trepidare timore, ubi non eſt timor, ſuſpicantes me aut vanæ gloriæ cupidum, aut alias ad docendum pronum. Hinc putant obſequium ſe præſtare tibi Deus quòd me mortificent, vexent, & contrarios ſeſe exhibeant.

## Reſpondet Chriſtus *quærulanti.*

SIà te te exigerem, quid legeres, vel diceres, aut doceres, juſta foret quærela

tela tua. Verùm cùm obedientiam profeſſus ſis & humilitatem, quæ vocationis tuæ baſes ſunt, non eſt, unde quæraris, ſufficit tibi cognoviſſe viam Domini, eſſe ſimplicem obedientiam, quam proinde ambula. Varius eſt hominum ſpiritus, mala non eſt res, quam poſtulas, imò bona eſt, ſicut & Epiſcopatus juxta D. Paulũ: bona res erat & eſt, ſed deſiderium malum eſt, malè petis rem bonam, non ita petendam, reprobus eſt, & reprobandus hic affectus, qui reſignatione caret & obediendi promptitudine. Multi zelum prætendunt honoris mei, cùm nihil aliud ſit, quàm vana quædam gloria, ſcientiæ & doctrinæ oſtentatio.

Multi multa ſcribunt, & dicunt de humilitate, quorum manus ſunt Eſau, vox verò Jacob. Priùs ego feci, quàm docui, melior mihi dexera lingua eſt; non enim, qui legit bene, ſed qui vivit bene, coronabitur, ſcientia (quam non præcedit humilitas) inflat. Maledicta ſcientia, quia ſummè nociva, quæ contra obedientiam

acquiri-

acquiritur, imò ſi hac cingitur, vix eva-
det ſecura, niſi præmuniatur bene, paten-
iſthæc ex multorum Codicibus, in qui-
bus uti gloriam ſuam quærunt, ita ſco-
riam congregant in igne excoquendam.
Cum his non ſit mens tua, quin potiùs
eſto in humilitate aſſiduus, & videbis
gloriam Domini tui in te, quia cum hu-
milibus eſt converſatio ejus. Stude late-
re omnibus & multos invidorum perſe-
cutiones evades, quæ ob imperfectionem
tuam tibi forent importabiles.

Quid quæris altiora te? nova & ra-
ennarare vis aliis, non conſiderans, quò
concitabis adverſum te univerſos, in
quorum oculis ſcientificus, ingenioſus &
ſtudioſus haberi deſideras. Neglecto ita-
que eo, ad quod non teneris, arripe virtu-
tis ſtudium, quod non in multa lectione,
ſed in indefeſſa operatione conſiſtit.

## *Obſervatio.*

EVenit non rarò, quòd, ubi novitia-
tum exceſsêre, placeat S. Scriptu-
lectio,

lectio, placeant interpretationes verborum S. Scripturæ & ſenſuum expoſitiones, quæ uti malæ non ſunt ex ſe, ſic tamen malæ ſunt ex parte deſiderantis, quia ex ſciendi ſolùm deſiderio proveniunt, quæ eſt curioſitatis ſpecies, ſpectans ad filiam ſuperbiæ jactantiam. Nullatenus ergo annuendum petitionibus tam immaturis, ſed paulatim implantatis priùs virtutum ornamentis. Turpè ſanè eſt juniores inter ſeniores de ſimilibus quaſi docẽtes diſſerere, ut proinde tales ex rancore animi concitentur adverſus Superiorem iſta concedentem, ſeu non impedientem. Et profectò neceſſarium eſt, ut præcedat ſcientiam humilitas, ſecus ſcientia offendiculum magis erit, quàm virtutis adminiculum. Plùs prodeſt homo bene humilis, quàm bene doctus. In cœlum ſine doctrina ádmitti potes, ſine pietate & humilitate non potes, exigua illius à te exigitur ratio, iſtiùs maxima.

O utinam ſaperes! inquit S. Bernhardus

dus & intelligeres, ac noviſſima provid-
res, ſaperes quæ Dei ſunt, profectò in-
ferna horreres, ſuperna appeteres, qu
ad manus ſunt, contemneres. Et Iſido-
rus: Sapientia illa clara eſt, non quæ in
verbis volat, ſed quæ in virtutibus con-
ſtat. Meliùs eſt modicum ſapere cum hu-
militate & parva intelligentia, quàm ma-
gni ſcientiarum theſauri cum vana com-
placentia. Thomas Kemp. Multùm di-
plicet Deo, & profectui obſtat ſpiritual
faſtus ſat multa ſe ſcire præſumentium.
Meliùs illis eſſet parum aut nihil ſcir
quàm in ſua ſapientia & ſcientia ſic eva-
neſcere. Non eſt quidem culpanda ſcien-
tia, ſed præferenda ſemper eſt bona con-
ſcientia & virtuoſa vita; quia verò qui-
dem magis ſtudent ſcire, quàm bene vi-
vere, ideo ſæpè errant, & pene nullum v
modicum fructum ferunt. Hactenu
Thomas Kemp.

Primum ſtulti indicium eſt (inqui
nonnemo alius) ſe ſapientem crede
melior eſt indoctus timens Deum, quà

docti

doctus tranſgrediens legem; Religioſum quidem ornat ſcientia, ſed virtus coronat. Per ſcientiam ſine humilitate prævia eò devenitur, ut indureſcat animus ad adhortationes & conſilia Superiorum, putantes ſe ſibi ſufficientes, quò fit ut eos præcipites pertrahat, utpote nullius fulcimento firmos. Sanctè S. Vincentius, Dominus JESUS nunquam dabit gratiam ſuam, ſi homo habeat, à quo poſſit inſtrui, & negligit vel non curat alterius amplecti ſenſum & conſilium.

Impoſſibile inquit Caſſianus, quemquam Religioſum ſuo judicio fidentem diaboli illuſionibus non decipi. Et idem ibidem, is, qui proprio judicio & voluntati confidit, non Superiorum, non eget dæmone, qui eum tentet, cùm ipſe ſibi dæmon ſit. Alii nequiore ſpiritu ducti ſemetipſos ad altiora diſponere nituntur lectione librorum, quibus ſi irrepit ſimul officii cujuſdam affectus, conclamatum eſt de profectu in ſpiritu, quamdiu

durat, erit illis ſcientia quaſi ſudes in oculis, & la-
cea in lateribus, omnes humilitatis actus repu-
bunt eſſe impedimenta pravi deſiderii, & in co-
ſecutione illius, quod ſperant; verbulum quo-
cunque duriuſculè prolatum torquebit eos qu-
parturientes. Ita ſentio ego, nec ſolùm ego, ſed
opinor, alii Patres Aſcetici.

His ſanè obviandum eſſet exemplo S. Joan-
à Cruce, qui plus æquo ſentienti de ſe & ſua d-
ctrina injunxit, ut puerorum more conſtruer-
Pater noſter & alphabetaret priùs.

Ah! quantam ſtragem edidit, & edit quotid-
lues hæc omnium contagioſiſſima, tantoque m-
gis contagioſiſſima, quantò ſubtiliſſima, quæ e-
uſque excœcat infectos, ut gloriam Dei credan-
quando ſuam quærunt, & honori Dei derogan-
pinentur, niſi ſe ſuaſque ſententias propugn-
mordendo, exacerbando, ne detrimentum pa-
tur eorum exiſtimatio, quam tam ſtudiosè ni-
cant; ſed non ſunt iſthæc placita Deo, exſpecta-
dum foret, & interim ſic vivendum, ſic agend-
velut inſtrumentum in manu artificis, quod n-
tiquam ex ſe operari incipit, ſed prout dirigitur
regitur.

Sanè dolendum eſt in multis Religioſis, q-
rum profeſſio reverà eſt, non multum ſcire, ſ-
perfectè vivere, qui uti vix quippiam temp-
impendunt praxi virtutum, ita ſtudioſiſſimè o-
cupantur vanis & nugacibus lectionibus, aut c-
tè hiſtoriis, nil niſi vanitatem loquentibus. Et q-
mirum, ſi ipſi nil niſi ſcurrilitates proferant d-
luti, Religioſi in habitu, ſæculares in moribus

lig-

gioſi in tonſura capitis, Pſeudopolitici in geſtibus actionibus, & quoniam in præfixo gemitu quo- ue ponitur de mortificationibus non permiſſis, ita eceſſe eſt, ut hic quoque mentio fiat, licet hoc ontingat rariùs, frequentiùs autem contrarium, tamen, ſed norint ipſi velim, qui tali ſpiritu icuntur, quod corporalis exercitatio ſine hu- ili ſpiritu ad modicum utilis ſit, pietas autem, bedientia, humilitas ad omnia; ſepties in die co- edere ex obedientia, inquit Chriſtus ad quan- am S. Monialem, gratius Deo obſequium eſt, uàm jejunare ex proprio motu. Non advertitur pe, quod de malo ſpiritu prodeat hic rigor.

Ita Frater ille Ord. S. Franciſci, cui non moleſtũ, d jucundũ potiùs erat jejunare ſtupentibus om- ibus, ſeu quod ſine ulla macillentia corporis, aut allore vultus id fieret, ſive quod cæteroquin ma- nam pefectionem non præſeferret & vitam ſan- tam; ſed fraudem detexit Provincialis viſitans, qui ut deprehendit in juvene tenacitatem judicii n hoc abſtinentiæ genere, mandavit ei, ſicut ha- ctenus ex proprio motu jejunavit, ſic impoſterum illud proſequeretur ex obedientia; qui poſtea mar- ceſcens & contabeſcens expertus eſt, quo ſpiritu agitabatur ad opus cæteroquin tam ſanctum.

Aptè Lanſpergius, quamdiu homo juvenis eſt & paſſionibus ſervit, ſi interim ſingulare quid præ cæteris prætendat devotionis (abſtinentiæ & mortificationis) non recipitur illud, ſed oſtenta- tionis aut ſingularitatis vitio tribuitur.

O quàm titillat mentem, ubi pallor conde-

corat faciem & virtus patefacta commendatur, ſuſpicitur & veneratur. Ita, ita plus nonnuquam placent verba dehortantis Magiſtri, ut abſtineat à rigore, ut moderetur, nec nimium ſe caſtiget, quam divinum beneplacitum; penetrant hæc uſque ad medullas oſſium, quaſi oleum impinguant; imò animatur tantò magis ad opus prohibitum, quia idipſum audivit, quod tantoperè quæſivit, ſperans ſe auditurum frequentiùs. Quid? ſubintrat mentem, euge, euge tu es ille, qui non acopiis, non ſtimulis ad currendam viam Domini indiges; non hic calcaribus opus, aut flagris ad ſuſcitandum teporem, qui tranſiit in fervorem, in opinione cæterorum, & quidem mei Magiſtri & Superioris. O quam cautè cum iſtis procedendum, ne dum creſcunt in hac amentia, evaneſcant. Illud credo ipſis ſaluberrimum & conducentiſſimum, ut detegatur fraus, intentio mala, confundantur de hoc, derideantur tanquam haberi velint tam ſancti, cùm ſint hypocritæ, & certè plus efficies, citius reduces eos ad intentionem ſaniorem formandam, quàm ſi lenibus verbis coneris diſſuadere, & dehortando coercere. Credite, probatum eſt.

Humilitas præcedat, neceſſe eſt, & licet nequaquam intermittendæ ſint corporales mortificationes, non tamen exoticæ & ſingulares aſſumendæ, magiſque in ſubtractione qualitatis, quàm quantitatis cibi conſtituenda vera mortificatio. Et certè multi novelli laborant & offendunt perſæpe in primo limine, neſcio quid apprehendentes in hoc verbo mortificatio.

Ah!

Ah! non conſiſtit in humi cubationibus, ciborum abſtinentia, flagellationibus aut ſimilibus auſteritatibus, ſed magis in abnegatione voluntatis, in extirpatione amoris proprii, in domandis & ſubdendis paſſionibus, hîc hîc conſiſtit. Non eſt proinde, quod exhorreamus ad verbum iſtud, mons tam altus non eſt, uti nobis proponit diabolus; longè ſuavius eſt jugum Domini, quàm ut his tam magnis laboribus reddatur oneroſum.

Nota: evenire iſthæc nimis frequenter in hominibus, qui indomitas adhuc habent paſſiones, è quorum effectibus cognoſcere licebit procedere cuncta ex ſpiritu, ſi non malo, tamen certè non imitando, aut permiſſibili, quia facilè contingit, ut ſeſe deſtruant in corpore, cerebrumque lædant, quod diabolus ideo machinatur, ut læſo cerebro reſiliant, aut inepti fiant, melancholiam incurrant, & tædium vitæ ſpiritualis in tantùm, ut quibus terrena prius faſtidio erant, nunc volentes, nolentes coguntur ſibi fodere ciſternas humanarũ conſolationum, & ſic dum poſtea corpori ſubveniunt, ſpiritum extinguant, devotionem & omnem guſtum amittunt, fiuntque toti extra ſe gerrones, nugaces, ſcurriles, critici, & diſſoluti exiguum cæteris exemplum præbentes, alii verò ad ſcrupuloſ deventi, ſibi & aliis intolerabiles exiſtere incipiunt, quæ ut evadamus, ad manus ſumatur quantociùs.

## *Reformatio per propoſita*

1. IN omnibus, ſpeciatim verò in legendis libris ſequar ductum Superioris, cujus delectui acquieſcam, ne aberrem in paſcuis, aut herbas carpam venenatas.

2. Semper ſtudebo, ut ea, quæ lego, ſint aut præſcripta mihi, aut certè non ſint contra intentam, expreſſam aut tacitam voluntatem Superioris, quatenus & meritum obedientiæ hauriam inde & quietem animi cuſtodiam.

3. Obedientiam & humilitatem præ univerſis corporalibus mortificationibus habebo in pretio.

4. Nullam unquam mortificationem carnis aſſumam, quæ non expreſsè permiſſa, aut certè quam non permittendam credidero à Magiſtro, ſi is interrogaretur, cùm in his nequaquàm fundamentum perfectionis conſiſtat, ſed commune ſit & impiis hæreſiarchis, imo & Ethnicis & Atheis fuerit conſuetum, qui tamen omni caruêre ſanctimoniâ.

FINIS.

COL-

# COLLOQUIUM
## Theologi & Mendici;
continens
*Compendioſiſſimam abſolutæ cum divina voluntate conformationis praxin.*

Quod à vetuſtis exemplaribus ipſi Joanni Thaulero adſcribitur.

F*Uit olim inſignis quidam* Theologus,*qui annis octo precibus continuis à Domino id cupiebat obtinere, ut ipſi hominem quendam oſtenderet, qui eum* viam veritatis *edoceret. Cumque vice quâdam vehementiſſimo hujus rei flagraret deſiderio, vox quædam cœlitùs lapſa, ita ipſum allocuta eſt; Exi foras ad limina templi, & offendes illic hominem, qui te* viam veritatis *edoceat. Exiens igitur invenit* Mendicum *quendam diruptis, ſordidis, lutoſis pedibus, cujus veſtes in univerſum vix tribus obulis ſupputares; quem ſalutans, ita affatus eſt* Theologus: *Det tibi Deus* proſperum manè. *Reſpondit* Mendicus: *Non memini me unquam* adverſum manè *habuiſſe. Et* Theologus, *Eja inquit, ut* fortuatum *te faciat Deus, quid ita loqueris: Reſpondit* Mendicus, *ſed nec* infortunatus *aliquando fui. Et* Theologus *eſto* felix *ait, quid ſibi hac tua verba volunt? Et* Mendicus, *nunquam, ait,* infelix *fui. Rurſum itaque* Theologus *ſalvet, inquit, te Deus jam nunc apertiùs loquere, neque enim capio quid dicas. Tum* Mendicus *reſpondit.*

*libenter id faciam. Optabas mihi Domine Magi*
*ſter* proſperum manè; *& ego me nunquàm* adver
ſum manè *habuiſſe reſpondi. Quando enim* fam
*premor*, Deum laudo; *& ſi* frigus *patior*, *ſi* grando
*ſi* nix, *ſi* pluvia *cadit*, *ſi* aura ſerena *eſt*, *vel* turbu
lenta, Deum laudo; *ſi* miſer *ſum atque* deſpectu
Deum *ſimiliter* laudo. *Et ideo nunquam* triſt
manè *mihi contigit. Optabas etiam* fortunatum
me *fieri*, *&* ego *nunquam* infortuuatum me *fuiſſ*
*reſpondi*. Novi *enim* cum Deo vivere, certuſqu
ſum, quidquid ille facit, non poſſe non eſſe opti
mum; unde quidquid ipſe vel dabat, vel eveni
mihi permittebat, *ſive* gratum id eſſet, *ſive* con
trarium, dulce *vel* amarum, lætus id tanquam
optimum ab ipſo ſuſcepi, *& ideo nunquam* infor
tunatus *fui. Dicebas præterea*, *ut* felicem me *fa*
*ceret Deus*; *ad quod* ego *ſimiliter nunquam* me in
felicem *fuiſſe*, *ſubjunxi*. Soli *namque* divinæ vo
luntati inhærere ſtatui, in qam ſic integrè omnem
meam transfudi voluntatem, *ut* quicquid ill
vult, & ego velim; *Et hac de cauſa nunqam* infe
lix *fui*, *cùm ut dixi*, illius *duntaxat* voluntati *in*
*hærere velim &* meam *ipſi* voluntatem ex integro
*reſignarim*.

*Hæc cùm* Mendicus *ille retuliſſet*, *ita eum rurſu*
Theologus *affatus eſt: Quid obſecro, dicturus eſ*
*ſes*, *ſi te* Dominus *Majeſtatis in* abyſſum *demer*
*gere vellet?* Et Mendicus, *in* abyſſum, *inquit m*
*demergeret? Et revera ſi id faceret*, duo *mihi* bra
chia *ſunt, in quibus eum amplexarer*. Vnum *eſ*
*vera* humiltas, *& hoc illi ſuppono*, *atque per ipſum*
*ſacratiſſimæ* humanitati *ipſius unitus ſum*. Alte

rum

rum *idemque* dexterum, *eſt* amor, *qui* divinitati *ipſius unitus eſt, atque per hunc ipſum circumplector, ita ut mecum ad* infernum *deſcendere cogeretur. Optatiùs autem multò mihi foret in* inferno *cum* Deo *eſſe, quàm vel in* cœlis *ſine* illo. *Ex his igitur* Theologus *ille didicit, veram* reſignationem *cum* humilitate *profunda compendioſiſſimam ad Deum* ſemitam *eſſe*.

*Dehinc iterum ex illo* Mendico *percontatus eſt* Theologus *unde veniſſet. Cui* Mendicus *à Deo ſe veniſſe reſpondit; Cumque* Theologus *ubi* Deum *reperiſſet ſciſcitaretur*; ibi, *inquit ille*, ubi creaturas omnes dereliqui, *Et* Theologus ubi *verò, ait*, Deum reliquiſti? *Reſpondit* Mendicus, In mundis cordibus *& hominibus* bonæ voluntatis. *Et* Theologus. *Quiſnam, ait, es tu? Reſpondit* Mendicus, Rex *ſum ego. Sciſcitante* Theologo *ubinam eſſet* regnum *ipſius, in* anima *ſua id eſſe reſpondit* Mendicus. *Sic enim ait &* externos, *&* internos *meos* ſenſus regnare *novi, ut cunctæ* affectiones *&* vires animæ *meæ, mihi* ſubditæ *ſint. Quod profectò* regnum *cunctis* mundi *hujus* regnis *præſtantius eſſe nullus ambigit.*

*Et rurſus* Theologus *quid, inquit, ad hanc te* perfectionem *perduxit? Reſpondit* Mendicus, *nimirum* ſilentium *meum; ſublimes* meditationes, *&* unio *cum* Deo, *In nulla re, quæ* Deo minor *foret, quieſcere potui.* Iam *verò* Deum *meum* inveni, *& in ipſo* pacem *&* quietem *habeo ſempiternam, Amen.*

S. FRAN-

# S. FRANCISCI Documentum.

## De eo quòd in *Patientiâ* perfecta ſit lætitia.

O *Frater Leo* , inquit Seraphicus Pater, *quamvis Fratres Minores in omni terra dent bonum exemplum magnæ ſanctitatis, & ædificationis, tamen diligenter ſcribe, & nota, ibi non eſt perfecta* lætitia ; O *Frater Leo, quamvis Frater Minor illuminet cæcos, contractos extendat, dæmones pellat, ſurdis auditum, claudis greſſum, & mutis reſtituat verbum, & quod majus eſt, quatriduanum reſuſcitet mortuum; ſcribe, quia ibi non eſt perfecta* lætitia. O Frater Leo ; *ſi Frater minor ſciret omnium gentium linguas, & omnes ſcientias & ſcripturas, & ſi ſciret prophetare, & revelare non ſolùm futura, ſed etiam conſcientias aliorum ; ſcribe, quia ibi non eſt perfecta* lætitia. *Et ſi Frater Minor loquatur lingua Angelica, & ſciat ſtellarum curſus, & virtutes herbarum, & ſint ei revelationes, theſauri terrarum ;* & *ſi cognoſceret virtutes & proprietates avium, piſcium & animalium & hominum, & radicum, & lapidum, & arborum, & aquarum, ſcribe, quia ibi non eſt perfecta* lætitia. *Et ſi frater Minor ſciret tam ſolemniter prædicare, quod converteret omnes infideles ad fidem, ſcribe, quia non eſt perfecta* lætitia ; *& cùm quæreret Frater Leo, ubi eſſet perfecta* lætitia; *inquit B. Franciſcus ; Quando ve-*

*niemus*

niemus ad locum S. Mariæ de Angelis ſic balneati, pluviáque & frigore congelati, luto etiam deturpati, & fame afflicti, & ad portam ſonabimus & portinarius veniret iratus, dicens; Qui eſtis vos? & nos diceremus; ſumus duo de fratribus veſtris. Et ille econtrario diceret, imò eſtis duo Ribaldi, qui vaditis per mundum eleemoſynas pauperum rapiendo, & non aperiret nobis, ſed faceret nos ſtare ad nivem & aquam, in frigore & fame uſque ad noctem. Tunc ſi non tot repulſas & injurias ſine turbatione & murmuratione toleraverimus patienter: & cogitaverimus humiliter & charitativè, quòd ille portinarius veraciter nos cognoſcit, & quòd Deus excitat linguam ſuam contra nos. O Frater Leo ſcribe; quia ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos pulſando perſeveraverimus, & ille portinarius tanquam contra importunus exeat contra nos; & duriſſimè nos afficiat, dicens; recedite hinc Pultrones viliſſimi, & ite ad hoſpitale, qui enim eſtis vos? Hic penitus non manducabitis. Et ſi nos gaudentes hoc portabimus, & injuriati cum amore peperœrimus toto corde; ſcribe, quia ibi eſt perfecta lætitia. Et ſi nos undique afflictos, fame urgente; frigore affligente; nocte inſuper appropinquante, pulſabimus clamabimus, fletu inſtabimus, ut aperiat nobis, & ille inde ſtimulatus dixerit; iſti ſunt homines procaciſſimi & protervi, & ego pacabo eos, & exiens cum uno fuſte nodoſo, & capiens nos per capucium in terram ſuper lutum, & nives projiciet, & taliter nos verberabit cum fuſte prædicto, quòd undique nos plagis implebit. Si tot mala, ſi tot in-

*injurias, & verbera cum gaudio toleremus, conſiderantes, quòd pœnas Xpi benedicti tolerare, & portare debemus; ſcribe, & nota diligenter, quod ibi eſt perfecta* lætitia; *& audi concluſionem; Inter omnia Chariſmata ſancti Spiritûs, quæ Xps ſervis ſuis conceſſit, & concedet, maximum eſt, vincere ſeipſum, & libenter propter ipſius charitatem opprobria ſuſtinere. Nam in omnibus mirabilibus ſupradictis, gloriari non poſſumus; quia non ſunt noſtra, ſed Dei. Quid enim habes, quod non accepiſti, ſi autem accepiſti, quid gloriaris, quaſi non acceperis, ſed in Cruce tribulationis & afflictionis poſſumus gloriari, quia illud eſt noſtrum. Et ideo dixit Apoſt.: Mihi abſit gloriari &c.*

F I N I S.

emus, conſe-
tolerare, &
genter, quod
uſionem; In-
quæ Xps ſer-
um eſt, vin-
charitatem
mirabilibus
uia non ſunt
uod non ac-
s, quaſi non
& afflictionis
rum. Et
o-

Biblioteka Jagiellońska
stdr0028511